

Fra. 9. num. 19.

16

DISSE
RATIONE IVRIDICA
DE
TESTAMENTO PRINCIPI
OBLATO

QVAM

P. H. 67
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

CAROLO AVGVSTO

DUCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
GVESTPHALIAE REL.

P R A E S I D E

CAROLO FRIDERICO WALCHIO

IVR. DOCT. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.
DVC. GOTHAN. ET ALTENBURG. CONSILIAN. AVLICO
CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDI-
NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.
IENENS. EPHORO ET FLORENTINAE COLVMBARIAE DVISE.
AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

D. I. MART. CIDIOCCLXXVII.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

S V B M I T T I T

A V C T O R

CAR. ANTONIVS LVDOVICVS A WVRMB

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURGO RUDOLSTADIENS. E NOBIS
LIEVS AVLICIS ET SOC. LAT. IENENS. COLLEGA

I E N A E
LITTERIS STRAVSSIANIS.



SERENISSIMIS
PRINCIPIBVS AC DOMINIS
DOMINO
LVDOVICO GVNTHERO

PRINCIPI SCHWARTZBURGICO - RVDOLSTADIENSI

ET
DOMINO
FRIDERICO CAROLO

TERRARVM SCHWARTZBURGICO - RVDOLSTADIENSIVM

PRINCIPI HEREDI

PRINCIPIVS SCHWARTZEVRCICIS

E QVATVOR COMITIBVS

IMPERII

COMITIBVS IN HOHENSTEIN

DYNASTIS ARNSTADII SONDERSHVSAE

LEVTHENBERG LOHRAE ET CLETTENBERG

DOMINIS AC PRINCIPIBVS

MEIS CLEMENTISSIMIS

SERENISSIMI PRINCIPES
PRINCIPES AC DOMINI
LONGE CLEMENTISSIMI



Si vixquam, SERENISSIMI PRINCIPES,
grata et beneficiorum haud immemor
mens in homine exstitit, in me certe
eam esse contendeo, et profiteor, in quo tot tantaque
clementiae VESTRAE documenta nullo non tempore
exstare

existare voluistis. VESTRAE enim gratiae debo, quod
mihi a prima statim infantia pueris nobilibus aulae
splendidissimae VESTRAE interesse licuerit. VESTRA
munificentia litterarum studiis me consecrandi opta-
tissimam habui occasionem. VESTRO clementissimo
nutu ad hanc litterarum officinam me contuli, in
que ista innumera fere tantorum principum in me
gratiae specimina sum expertus, in quibus hoc vnum
est e praecipuis, quod in me, in academia adhuc
degentem per quam honorificum nobilium aulico-
rum officium clementissime contulisti. Quae tot
tantaque in me merita et beneficia, si digne satis
et ut par est laudare et extollere vellem, dies me
potius desiceret, quam oratio; neque immerito
ne

ne iis rite praedicandis imparem me quisque haberet,
esset mihi verendum. Ut tamen vel aliquod, quam-
uis tenue exstet gratissimae meae, vobisque indul-
gentissimi PRINCIPES, deuotissimae mentis monu-
mentum has laborum meorum academicorum primi-
tias vobis omni qua decet pietate ac reuerentia con-
fecro, vt non muneris modum, sed plium, rectum-
que consecrantis animum serena fronte respiciatis,
submisse rogo, deumque optimum maximum sup-
plex precor, vt pia mea et ardentissima vota, quae
semper pro VESTRA et vniuersae SERENISSIMAE
SCHWARTZBURGICAE DOMVS, constanti et perpetuo
flore, siue, quod idem est, pro summa patriae ci-
uiumque salute nuncupo, rata esse iubeat. Quibus
si quid


si quid addere liecat, hoc certe est, vt et in posterum
SERENISSIMI PRINCIPES, VESTRA gratia, in qua
omnis meae futurae felicitatis praesidium fixum est
et collocatum, me complecti pergatis

VOBIS

SERENISSIMI PRINCIPES
DOMINI CLEMENTISSIMI

subiectissimus deuotissimusque

CAROLVS ANTONIVS FRIDERICVS a WVRMB.



DISSERTATIO
DE
TESTAMENTO PRINCIPI OBLATO
CAPVT PRIMVM
DE ORIGINE TESTAMENTORVM
PRINCIPI OBLATORVM.



S. I.

RARO quidem accidere solet, vt, qui testa-
menta facere volunt, cogitationemque mor-
tis sapiente homine dignissimam suscipiant,
principum ad palatia configuant eorumque
tutelae se commendent; nonnunquam tamen illud euenire,
extra omnem dubitationem est positum. Est id vera ratio,

A

CUR

cur duuumiri illi celeberrimi, VLRICVS nimirum HVBERVVS *a)*
 ac SAM. STRYCKIVS *b)* vsum horum testamentorum prorsus negare
 haud sint conati; sed rationem saltim esse, adfirmauerint;
 tanto tamen maiorem merentur attentionem, quae de iis in
 iure cauta sunt, quum si vltima voluntas principi offertur,
 sola eius sustinetur auctoritate atque testatoris post mortem in
 disceptationem venit, tot quaestiones in medium proferuntur,
 quae nondum sunt eructae ac decisae, vt iudices saepenumero
 haud sciant, qua ratione illae sint decidenda quamue am-
 plectantur sententiam. Si quotidie tali modo conderentur
 testamenta: iam dudum omnia, quae in iis essent obserua-
 da, tam legumlatoribus; quam earum ab interpretibus essent
 determinata; sed iis plerique supersederunt iurisconsulti,
 propterea quod eorum aetate haud factum est, vt principi
 testamentum offerretur. Haec quum ita sese habeant: nec
 arrogantiae crimen extimesco, si scripta, quae de iisdem
 vltimis voluntatibus publici iuris fecerunt IO. OTTO TABOR *c)*,
 GOTTFRID. BARTHIVS *d)* ac SAM. STRYCKIVS *e)* iis, qui
 in definienda vera earum indole occupati sunt, satisfacere ne-
 gem, et si plura proferant, quae sunt utilia atque in foro ob-
 uia.

a) praelect. iuris civil. libr. xxix.
 tit. I. §. 4. tom. II. oper. p. 306.

b) vj. mod. digestorum, libr. xxviii.
 tit. I. §. 23. p. 731.

c) de testamento principi; aut co-
 miti oblati tract. analytico-synthetico
 L. 19. C. de testam. quae existat
 vol. I. trattatum p. 575.

d) diss. de testamento comiti oblati,
 quae in eius dissertationibus iuridicis,
 a GEORG. CHRIST. GEBAVERO
 editis, p. 275. reperitur.

e) diss. de testamento principi; vel
 iudici oblati, Halae CICIOCCXXI.
 Transtulit illam auctor in tract. de
 caueris testamentorum, cap. 7. p. 283.

uia. Solidam interpretationem legis illius celeberrimae HONORII AC VALENTINIANI, quae vnicum fundamentum existit testamenti, principi oblati, in libellis modo memoratis, prorsus desideramus; neque eam ab illorum auctori- bus, viris alioquin de iure meritissimis, exspectare possumus. Eosdem rationem ipsam huius ultimae voluntatis haud rite determinare, facile perspicimus, hancque ob caussam ea, quae proferunt digna esse deprehendimus, quae curatius ponderentur.

§. II.

Si ante omnia ea ad tempora animum aduertimus, quae aetatem HONORII ET VALENTINIANI praecedunt: non est negandum, principes iam dadum legibus suis solutos ac principium adoptatum, quod verum fundamentum legis existeret, ab imperatoribus modo memoratis vulgatae. Usque eo quidem haud procedimus, vt statuamus, Augusto obligationem, leges ac decreta populi obseruandi, iam remissam suis meritoque in GERH. NOOTII f) ac IO. GOTTL. HEINECCIVS g) sententiam discedimus, qui id saltim de quibusdam legibus intelligendum esse putant. Neque id eius successoribus contigisse, ex marmore, quod legem Regiam exhibet, secundum testimonium RAPH. FABRETTI b) genuinum

A 2 est

f) de iure summi imperii et lege pacati, libr. III. cap. V. §. 2. p. 396.
 regia, tom. II. operum, p. 777. b) in litteris, ad IAN. VINC.
 g) antiquit. Romanar. syntagma. GRAVINAM datis et ab eo in ori.
 libr. I. tit. II. §. 64. p. 87. ac com- ginibus iuris cini- lis, p. 231. editis.
 memar. ad leg. Iuliam et Papiam Pop-

est atque editum a IAN. GRVTERO *bb*), IO. FRID. GRONOVIO *i*)
 MARTIN. SCHOOCKIO *k*), aliisque concludere licet, quum Au-
 gustum ab iis saltim legibus liberat, quibus antecessores haud
 fuerunt obstricti. Alia documenta, ex quibus hoc adparet,
 magna cura collegit IAC. CVIACIVS^l); sequenti autem tempore
 aliam fouebant caesares sententiam; nec solum legibus se sub-
 iectos esse, omni discrimine ac delectu remoto, negabant; ve-
 rum enim uero iuris solemnia caesarem haud obseruare debere
 statuebant. Prius tradit VLPIANVS *m*), qui, vt constat, sub
 Alexandro Seuero imprimis floruit, quum scribit: *princeps*
legibus solitus est; augusta autem licet *legibus soluta non est*,
principes tamen illi priuilegia tribuunt, quae ipsi habent.
 Lectio in hac legē vitio haud laborat ac ne quidem particu-
 lam *bis* hisce in verbis desiderare quis potest; ex inscriptio-
 ne vero legis argumentari haud possumus cum IAC. GOTHON-
 FREDO *n*), IAC. CVIACIO *o*), M. ANTON. MVRETO *p*), IO.
 GOTTL. HEINECCIO *q*) atque aliis, quod saltim ad leges ca-
 duclarias; siue legem Iuliam, Papiam ac Poppaeam respexerit.

Li-

bb) p. CCLXIT.*i*) orat. de lege Regia, Lugd. Ba-
tauorum, CICIO CLXXVIII, p. 66.*k*) traictat. de quadruplici lege Re-
gia, cap. XIII, p. 251.*l*) obseruat. iuris Rom. libr. XV,
cap. 31.*m*) L. 31. D. de legibus.*n*) leg. Iul. et Papia Poppaea repe-*tiae praelectionis*, tom. III, thes. iuri-
ris Romani EVERARDI OTTONIS,

p. 236.

o) loc. laudat.*p*) de leg. et sinatu consuliis, tom.*iv*) memorati thesauri, p. 197.*q*) comm. ad leg. Papiam Poppaeam,

libr. III, cap. V, p. 236.

DE TESTAMENTO PRINCIPI OBLATO 5

Licet plura hac de re protulerit verba THOMAS PAPILLO-
NIUS ^{v)}, reuera haud declarat, qua ratione verba VL-
PIANI explicit; plures vero iurisconsulti magni nominis, vi-
delicet EDMUND. MERILLIUS ^{s)}, FRANC. RAMOS DEL MAN-
ZANO ^{t)}, HENR. THEOD. ERNSTIVS ^{v)} ac IO. CAR. DE WA-
CHENDORF ^{x)} de omnibus legibus positivis VLPIANVM intel-
ligunt. Quum iurisperitus haud distinguit; sed vniuerse ac ge-
neratim rem pronunciat, principem legibus esse solutum hoc
que adserere potuit, licet quaestio de lege caducaria in me-
dium sit prolat: iure meritoque idem statuimus: nonne ve-
ro haud multo post rescriptum illud ALEXANDRI adparuit ^{y)},
quo legem imperit solemnibus iuris imperatorem soluere tra-
didit. Plerique prudentum persuasum habent, imperatorem
ad legem regiam respicere. Nostra haud interest, vtrum
iure hoc statuere ipsis id liceat; an alia de sanctione sermo
ibi sit: sed sufficit, imperatorem secundum hanc constitutionem
necessitate, sollemnia iuris obseruandi, haud esse adstrictum.

§. III.

NEQVE minus extra omnem dubitationem est positum,
iam longe ante tempora Honorii ac Theodosii imperatores

A 3 omnem

- ^{r)} comm. in tir. D. de constitut. ciuilis ac canonici p. 514.
tom. II. thesauri iuris Romani ac v) annos. in libr. I. digestorum,
Canonicci GERH. MEEKMANNI, ad h. I. Reperitur non minus in the-
p. 629. sauro Miermanniano, tom. VI. p. 842.
^{s)} obseruatur: iuris Rom. libr. II. x) differtat. triad. diff. I. cap. I.
cap. 19. p. 294. p. I. seqq.
^{t)} ad leges Iuliam et Papiam libr. y) L. 3. C. de testamentis.
II. reliqu. 36. tom. IV. thesauri iuris

omnem operam in id contulisse, ut symbola, quibus omnia fere, quae susciperent, negotia abundarent, ac formulas actionum inutiles abrogarent ac vel minimum restringerent, quum bene perspicerent, in quolibet negotio mentem eorum, qui illud peragerent, magis spectandam esse; quam formam; qua eam explicarent. EVERARD. OTTO 2) doctissime monstrauit, praetores iam multa vana in edictis explosisse; neque antiquiores caesares quidquam neglexisse, quod ad tollendum iuris rigorem facere posset: in primis autem tempore Constantii tota fere iurisprudentia formularia periit. Haec quum trado, haud discedo in sententiam eorum, qui ex verbis quibusdam PAVLIZZ) concludere student, factum illud iam esse eius tempore, et si interpolationem Tribonianii in illa irrepsisse, nullo modo concedere possum a). Neque suffragor IAC. GOTHOFREDO b) et eius adseclae, CHRIST. GOTTFR. HOFMANNO c), qui partim ob mendum, quo laborat inscriptio legis CONSTANTINI d); partim ob constitutiones, a THEODOSIO iu niore iisdem de actionibus vulgatas e), legi Constantini fidem dene-

2) in *iurisprudentia Symbolica*, uatur tamen simul VLRIC. HVBE. libr. I. cap. 16. p. 103.

RVS, in *eunonia Romana*, p. 168.

22) L. 47. §. 1. D. de neg. gestis. b) comm. ad cod. Theodos. tom. I.

a) Haec est sententia ANTON. P. 109. ed. RITTERI,

FABRI, libr. IV. conjecturar. cap. 7.

c) hist. iuris Rom. vol. I. part.

HUBERTI GIPHAII, prolegom. ad I. per. IV. p. 220.

libr. VIII. cod. ANTON. SCHVL-

d) L. I. C. de formul. et impetrat.

TINGII, diff. de recusar. ind. cap. 7. action sublati.

§. 4. et 10. SAL. BRVNNQVELLI, e) L. I. cod. Theod. de omessa

historia iuris Romanie, pars. I. cap. 5. aft. impetrat. L. ver. cod. Theod.

§. 13. ac 10. WYBONIS, in Tri-

de sponilibus: L. ult. cod. Theod.

baniano defenso, cap. I. p. 241. Euol-

de nuptiis cum aliis legibus.

denegare prorsus videtur: ad probanda autem ea, quae tradidi, ad NAZARIVM pariter ac modo citatam legem prouoco. Quum ille laudibus effert Constantimum suum NAZARIVS f) ideo, quod nouae leges regendis moribus et frangendis vitiis constitutae veterumque calumniosae ambages recisae, captandae simplicitatis laqueos perdidint: amplissimum eius rei documentum praebet constitutio, quam codex Iustinianus ita exhibet g): *Iuris formula occupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus, radicitus amputentur.* Qui interpretis officio rite fungi vult, nullo modo id saltē de quibusdam negotiis exponere potest; eo nomine vero adulterinam hanc legem statuere possumus, quod tempore, quo datum est rescriptum, Constantinus haud amplius in viuis fuerit, ideoque inscriptio subscriptioni haud conueniat. Ex mendo in subscriptione vel eius inscriptione latente, non possumus concludere, quod rescriptum hoc integrum suppositum sit ac in primis ista argumentatio haud valet in legibus, quae profectae sunt a Constantino eiusue liberis, quorum nomina paterno fere similia fuerunt. Animaduertunt id multi iurisconsultorum, e quibus solummodo PETR. RELANDVM b) ac beat. CHRIST. HENR. ECKHARDVM i) nominare possum.

§. III.

f) in panegyrico, cap. XXXVIII.

g) L. I. C. de formul. et impe-
rat. aſt.

h) in festis consular. p. 282.

i) hermeneut. iuris, libr. I, cap.
v, §. 275, p. 174.

DISSERTATIO

§. III.

TANDEM imperatores longe ante; quam imperii clauum teneret HONORIVS ac THEODOSIVS, libertatem testandi amplificare atque omnia ea impedimenta, quae illam tolleret; vel restringeret, studiose remouere studebant. Rationem, ob quam variae hanc in rem ab iis latae sint leges, IO. HENR. SUMMERMANNVS *k)* in ardente illa imperatorum avaritia, qua ciuium suorum bona fere deuorarent, quaque tanto maiores summas ex testamentis lucraturos se esse speraret, si quis modo illa sustinerent, ponit; sed iniuriam inferremus plerisque imperatorum, si discedere vellemus in sententiam SUMMERMANNI, licet alioquin solida docteque excogitata esse soleant; neque ex triuīs hausta, quae scriptor hic soleratissimus tradidit. Saepissime ab ipsis rescriptum fuisse, posse inofficium testamentum dici, quo imperator heres sit nuncupatus, testis est VLPIANVS *l)*; senatus autem consulti, quod prohibuit captatorias institutiones, quodue sine vlo dubio caesarum sub auspiciis conditum est, PAPINIANVS *m)* aequem ac PAVLLVS *n)* mentionem faciunt. Antonini iussu decretum Iulii Caesaris crematum esse, refert ZONARAS *o)*, qua cauebatur, ne cui testamentis factio esset; nisi certam partem aera-

k) conjectur. de origine et progressu testamentorum, sect. I. §. v. L. 71. D. de hered. institut. CORNEL. VAN BYNCERSHOECK,
P. 131. de captator. institut. cap. I. tom. III.

l) L. 8. §. 2. D. de inofficio. operum, p. 303.
testam. o) libr. XII. p. 503.

m) L. 70. D. de hered. institut.

aerario legaret. Hadrianus principes ipsos rigori legis Fal-
cidiae submisit *p*); imprimis autem memoratu sane digna sunt,
quae *CAPITOLINVS q*) de Pertinace tradit: *Legem*, inquit,
sane tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita; quam
alia perfecta essent neue ob hoc fiscus aliquando succederet.
Ipseque professus est, nullius se aditum breditatem, quae aut
adulatione alicuius delata esset; aut lite perplexa aut legitimi
heredes et necessarii priuarentur addiditque senatus consulto
haec verba: sanctius est patres conscripti, inopem rem publi-
cam obtinere; quam ad dinitiarum cumulum per discrimina
atque dedecoris vestigia peruenire. Legis huius meminit quo-
que *IUSTINIANVS r*). Perspiciebant potius, iniquitatem eo-
rum, qui licentiam domini, de rebus suis libere disponendi
arctioribus limitibus circumscribere vellent han̄cque ob caus-
sam eam in dies magis ac magis extendere studebant; eum-
dem vero ad finem testantibus quibusdam in casibus sollemni-
tates quasdam remittere haud dubitarunt. Silentio iam prae-
tereo, quae de militari testamento sunt cauta, propterea quod
ab antiquissimis abhinc temporibus illud singulari priuilegio erat
munitum et prouoco solum ad ea, quae de testamento pestis
tempore condito et parentum ultima voluntate inter liberos; ne-
que minus de heredis institutione ac legatis ante tempora *HO-*
NORII AC THEODOSII sunt sancita. Nota sunt, quae obtainent

B

in

p) L. 4. C. ad leg. Falcid. *r) §. 3. I. quibus modis test. in-*

q) vit. Pertinacis, cap. VII. tom. I. firmantur.
scriptor. bift. Augustae, p. 544.

in testamento, quod tempore pestis conditur. Illa DIOCLETIANVS et MAXIMINIANVS *s*) introduxerunt. CONSTANTINVS sine dubio eorum memor, quae de testamentis parentum ALEXANDER *t*) ac modo laudari imperatores, DIOCLETIANV et MAXIMINIANV *v*) iussierant, parentibus sine ulnis solemnitatibus testari permisit *x*). Eius filius non minus solemnitates testamentarias haud magni faciebat. Si aliter sensisset: profecto haud sequentia verba in lege quadam de heredum institutione protulisset *y*) quoniam *indignum est ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas et indicia mortuorum, placuit ademtis his, quorum imaginarius est usus, institutioni hereditis vorborum non esse necessariam obseruantiam virum imperatiui et directis verbis fiat; aut inflexis: neque in eamdem legem irrepissent, quae de legatis canit *z*): in legatis; vel fideicommissis necessaria non sit vorborum obseruantia, ita ut nibil prorsus interfit, quis talen voluntatem vorborum casus exceperit; aut quis loquendi usus effuderit.*

§. V.

ETSI omnia haec principia souuent Romani ante aetatem HONORII AC THEODOSII; nullo tamen modo cum SAM.

- | | |
|--|--|
| <i>s</i>) L. 8. C. de testament. | stry- |
| <i>t</i>) L. 8. C. de inoff. testam. | remum inter liberos privilegiato iure |
| <i>v</i>) L. 16. C. fam. ericic. | scriptura inqualido, Helmstadii, c. 10 |
| <i>x</i>) L. 1. Cod. Theod. de famil. | 100 LVI. |
| erciscund. Exstat quoque L. ult. C. fam. ericic, a Tribonianio tamen interpolata. Legas V. C. ALB. PHIL. | <i>y</i>) L. 15. C. de testam. GEORG. |
| FRICKIVM, diff. de testamento pa- | SAM. MADHN, de validitate testamen- |
| | ti non rite oblati, p. 17. |
| | <i>z</i>) L. 21. C. de legatis. |

DE TESTAMENTO PRINCIPI OBLATO II

STRYCKIO a) affirmare possumus, licuisse testatoribus isto iam tempore ultimas suas voluntates offerre principibus, ut ipsis, sollemnitas, alioquin in testamentifactione visitas, adhibere, haut epus esset. Aetate ALEXANDRI SEVERI hunc modum, testamenta condendi, nondum fuisse introductum, locupletissimus testis est VLPIANVS. Qui haud prorsus peregrinus existit in historia iuris, eum non fugit, iurisconsultum hunc celeberrimum in primis tempore modo memorati caesaris floruisse b): illo imperante praefectura functum esse c) atque inter aulac proceres locum tenuisse d); ille autem in fragmentis, quae vti e naufragio tabulae benigniore fortuna suu seruatae, scribit e): *Testamentorum genera fuerunt tria, unum quod calatis comitiis: alterum quod in procinchi: tertium, quod per aes et libram appellatum est. His duobus testamentis abolitis bodie solum in usu est, quod per aes et libram sit id est per mancipationem imaginariam: in quo testamento libipens adhibetur et familiae emitor et non minus; quam quinque testes cum quibus testamenti factio est. Post quam iurisconsultus, omnia, quae de testamentis digna*

B 2 ipsi

a) diff. de testamento principi; vel tut. ANDR. STEGER, de Domitio comiti oblatu, §. XI.

b) teste AEL SPARTIANO, in IAC. LECTIVS, de vita et script. Alexandri Seuero, cap. 31. tom. I. scriptorum hisp. Augustae, p. 935.

c) AVRELIVS VICTOR, libr. 59. sqq.

de caesar, cap. 124. e) fragm. tit. XX. §. 2. p. 81, ed.

d) L. 2. §. vlt. L. 4. in fin. D. 10. CANNEGIETER.

de excusat. ac L. 2. §. 5. D. qui per,

ipſi memoratu ſunt viſa, expoſuit, ad militaria teſtamenta ſeſe conuerſit ac monet, milites, quomodo cumque fecerint teſtamenta, valere, id eſt, fine legitima obſeruatione: *nam principali bus conſtitutionibus permifſum eſt illis; quomodo cumque poſſent teſtari f).* Itaque clare videmus, eum verbiſ ſupra recitat, ſolum reſpicere ad teſtamenta, quae ritu militari eſſent haud condenda. Neque vero excludit teſtamenta praetoria, quae ab CICERO NIŠ abhinc aetate value- runt g), quum illacum teſtamenti per aēs et libram in ſeptem teſtium numero conuenirent ideoque fine dubio ſub hiſ comprehendit; ſimultamen luce clarius nobis ſignificat, non; niſi in ſeptem teſtium praefentia teſtamentum condi potuiffe ideoque teſtamenta principi haud eſſe oblata. Omnia teſtamenta, quae reuera apud Romanos viſitata fuerunt, re- censet, videlicet teſtamenta calata, in procinētu et per aēs et libram; neque ullum omittit, vii conſtat ex iis, quae de va- riis modiſ Romanorum, teſtamenta condendi, docte diſputa- runt BARN. BRiſſON i), IAC. GOTHOFREDVS k), ED. HER-

RISON

f) fragm. tit. XXIII. §. 10. p. quod ex eo praetor ſaltem bonorum 107.

g) in orat. Verrina I. cap. 45. VLPIANI, quos euoluimus, videlicet tom. I. orat. part. I. p. 545. cd. 10. ANTON. SCHVLTINGVS, PETRVS GEORG. GRAEVII.

b) Aliam ſententiam fouet 10. IO. CANNEGITER nullam adferunt. GOTTL. HEINECCIVS, antiquitat. i) de formulis populi Romani, libr. Roman. libr. II. tit. X. §. 14. VL. VII. cap. I. p. 557. edit. BACHII, PIANVMQUE ideo teſtamentum praeteritorum ſilento praetermisſe putat, p. 763.

RISON *l*), CHRIST. THOMASIVS *m*), ANTON. SCHVLTING *n*)
 IO. GOTTL. HEINECCIUS *o*) atque ALBERT. DIETERIC.
 TRECKEL *oo*); ex iis autem vnicum, nimirum testamentum
 per aes et libram, in vsu esse refert ac per id simul testamen-
 ta, principi oblata, ipsius aetate in' cognita fuisse, docet. Ne-
 que vero alia huius rei facies fuit post ALEXANDRVM SEVE-
 RVM; sed quod tradidimus, adhuc obtinuit, quum ad rei-
 publicae gubernacula federet CONSTANTINVS MAGNVS ideo-
 que nec eius aetate principibus ultimae voluntates sunt ob-
 latae. Exstat in codice Theodosiano eius constitutio de co-
 dicillis, in qua testamentum non; nisi iure ciuili per aes et
 libram, vel ex sententia iuris praetorii coram septem testi-
 bus sit conditum, valere, iubet p): *In codicillis, inquit, quos*
testamentum non praecedit, sicut in voluntatibus testamenti
septem testium; vel quinque interuentum non deesse oportet: sic
enim fit, ut testantium successiones sine aliqua captione ser-
uentur. Si quando igitur testium numerus defecerit, instru-
mentum codicilli habeatur infirmum. Quid et in ceteris vo-
luntatibus placuit obseruari. Coniectura IAC. GOTHOFRE-
 DI *q*) probabilis est, ideo quinque ac septem testium nume-
 rum

B 3

- l)* comm. ad tit. X. libr. II. in. o) loc. memorat.
- o)* diff. de origine atque progres-
sion. de testam. ordinandis, tom. III.
- oo)* diff. de origine atque progres-
sion. de testam. ordinandis, tom. III.
- gerh.* iuris ciuilis ac canonici GERH.
- meermann,* p. 423.
- flamenarias Halae CIOCCV.*
- m)* diff. de origine successionis te-
stamentariorum, tom. I.
- n)* jurisprud. Anteiuscenaneae, p. 52. fqq.
- o)* diff. de origine atque progres-
sion. de testam. ordinandis, tom. III.
- oo)* diff. de origine atque progres-
sion. de testam. ordinandis, tom. III.
- ju* testam. et actionis apud Romanos,
Lipf. CIOLOCXXXIX.
- p)* L. I. cod. Theod. de testam.
- er* codicillis.
- q)* comm. ad h. l. tom. I. p. 376-

rum requiri, propterea quod testamentum praetorium septem; ciuile vero, quod per aes et libram fieret, quinque testium numerum requereret; illa autem, quae in praesentia septem; vel quinque testium non conduntur, omni delectu ac discrimine remoto reprobantur.

§. VI.

SATIS ex his liquet, ante HONORIVM AC THEODOSIVM testamenta principibus haud fuisse oblata: horum vero imperatorum beneficio factum est, ut liceat testatori omnibus sollemnitatibus, quae alioquin testaturis praescribuntur, supersedere, si principem adeunt eiusque tutelae ultimam voluntatem committunt. Verba legis, quam hac de re tulerunt, haec sunt: *Imp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni PP. Omnium testamentorum sollemnitatem superare videtur, quod insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut ergo securus erit, qui actis cuiuscunque iudicis; aut municipum; aut auribus priuatorum mentis suae postremum publicauit iudicium: ita nec de eius unquam successione tradabitur, qui nobis mediis et toto iure, quod in nostris est serviniis constitutum, teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint. Voluntates etenim hominum audire volumus; non inhibere, ne post sententiam nostram inhibitum videatur communatio*

tationis arbitrium, cum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum comprobetur; nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegatur. Ne quid sane praetermissse credamur; huiusmodi institutionis successoribus designatis omnia, quae scriptis heredibus competunt, iubemus eos habere; nec super honorum possessionis petitione ullam controversiam nasci, quum pro herede agere curta sufficiat et ius omne ipsa completere adiutorientur. Omnibus etenim praestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus possit declarare et stabile sciatis esse, quod fecerit. Nec institutus heres pertimescat, quum oblatas processus secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit adprobare, si ei alia nocere non possunt. Dat. XII. cal. Mart. Rauennae, post consulatum Honorii VIII. et Theodosii V. AA. coss. Desideratur haec constitutio in codice Theodosiano; admodum tamen nobis probabile videtur, illam ibi locum habuisse. Ne tironi quidem incognitum est, magnam legum copiam quam Theodosianus codex complectus est, ex eo perisse r). Libentes concedimus, ex eo haud sequi, itidem quae contigisse nostrae legi. Neque nobis placet regula summi viri, IAC. GOTHOFREDI s), quod omnes illae leges, quae in

r) IO. SAL. BRUNNQVELL, diff. de codice Theodosiano, cap. 2. §. XVII. ni, cap. 2. tom. I. p. 215.
in eius opusculis, p. 77.

in codice Théodosiano pro temporis ratione esse potuerint; sed in eo haud sunt ac solummodo reperiuntur in Iustiniano, in isto quoque locum tenuerint atque ex illo exciderint, quum Tribonianus plures potuerit adire fontes, ex quibus ea, quae in codicem suum transferret, hauriret eamdemque ob causam ad illam, ut sententiae nostrae robur accedit, haud prouoco; sed ex eo potius colligimus, quod alia fragmenta eiusdem legis *t*), ut infra copiosius demonstrabimus, in codice Theodosiano reperiantur et ex iis, collectores illius legem hanc habuisse, liqueat; rationem autem haud perspiciamus, cur id, quod recitauius, omiserint. TRIBONIANVS eam nobis conseruauit *v*).

§. VII.

QVEMADMODVM inscriptio legis nostrae docet, HONORIVS AC THEODOSIVS imperatores fuerunt, quorum nomine ea est publicata. Ille fuit filius THEODOSII magni, qui a patre suo ipso aug. III. et Abundantio consulibus ann. CCCXCIII. augustus declaratus, primum cum patre suo et Arcadio imperaret; post mortem Theodosii autem occidentali imperio praeesset et hoc retineret, quum in locum Arcadii eius filius Theodosius iunior, qui iam ei viuo adiungeretur, succederet,

*2) L. vlt. cod. Theod. de diuersis L. 6. de inoff. restam.
rescriptis, L. vlt. de iure liberor. ac v) L. 19. C. de restam.*

ret, vt ex annalium monumentis ANTON. PAGI *x*), IAC. GOTHOFREDVS *y*) et LVDOV. ANTON. MVRATORIVS *z*) copiosius monstrant. Hisce traditis, non opus est, vt quaedam de eius collega, Theodosio, augusto de iurisprudentia in primis optime merito, adiiciam; sed quaeramus potius, cui ex his duobus imperatoribus constitutio nostra sit tribuenda? In eruenda quaestione, omnino eleganti, occupatus fuit iuris-consultus, qui forensem magis; quam humaniorem coluit iurisprudentiam, *io.* OTTO TABOR *a*). Quum REVSNERO *b*) placuit, testamentum hoc principi oblatum, nomine THEODOSIANI designare: reprehendit eo nomine REVSNERVVM TABOR ac duobus ex argumentis, Honorio potius legem hanc tribuendam esse monstrat. Ei adsentire, haud dubito et ante omnia ad duas illas rationes prouoco, quibus fulciendam sententiam suam TABOR putauit; his autem nouam adiiciam. Non negandum est, ipsum THEODOSIVM, cuius nomine legem nostram simul publicatam esse constat, ac VALENTINIANVM III. amplissimum hac de re exhibere testimonium nouella quadam codici adiecta *c*). Loquuntur imperatores nostra de lege eamque denuo confirmant. Infra id indicabimus: ipsis vero sermonem esse de lege nostra, nemo ne-

C gabit,

x) critic. in annal. Baron. tom. I.

p. 439.

y) chronolog. cod. Theodosiani;

tom. I. p. 159. sqq.

z) Geschichte von Lealien, tom. II.

p. 605.

a) diss. de testamento principi seu comiti oblati, cap. I. et 5.

b) de testamentis, cap. XVIII.

mem. 12.

c) Nouell. Valentiniani, tit. IIII,

leg. I, tom. VI, cod. Theod. p. 108.

gabit, qui paullo curatius verba quaedam huic nouellae intuetur. Statim initio aiunt: *Iam dudum quidem diuus auunculus noster testamentorum compendia generali lege complexus, formulam iuris antiqui et inanem verborum conquisitionem ququisitionem non necessariam indicauit, validissimam statuens voluntatem cum de nostris altaribus coniugis petunt, ut decedenti prius succedat superstes.* Posset quidem quisquam credere, ideo adhuc incertum esse, ad quamnam legem imperator hoc loco respiciat, propterea quod in nostra de coniugibus ne syllaba quidem inueniat: verumenimvero paullo post monstrabimus, coniuges, mutuum testamentum condituros, occasionem suppeditasse imperatoribus, rescriptum hoc ad praefectum mittendi; sequentia vero verba, quibusdam interiectis, rem clariorem reddunt, quae idem tradunt, quod **HONORIO** placet: *Nam, quum liceat cunctis iure ciuili atque praetorio liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis iudicia suprema componere, procul dubio manebit firmior haec voluntas, quae testimonio principis et subscriptione conditoris firmatur.* Haec si consideramus, clare ex iis videmus, nostra de constitutione hoc loco esse sermonem; tantum tamen abest, vt **THEODOSIVS** illam sibi tribuat, vt eam potius auunculo suo, scilicet Honorio tribuat. Concludimus porro ex loco, quo rescriptum nostrum datum esse constat, illud a Honorio esse profectum, quum *Rauennae* sit scriptum, atque ibi Honorius, qui occidentali praeesset imperio, commoraretur,

tur, vt IAC. GOTHOFREDVS *d)*, ac LVD. ANT. MVRATORIVS
e) copiose monstrant; neque vero minus idem tandem patet
 ex praefecto praetorio, ad quem est missum. Fuit ille teste
 inscriptione legis nostrae IOANNES, praefectus praetorio Ita-
 liae, sub Honorio, vt copiosius monstrauit IAC. GOTHOFRE-
 DVS *f)*. Ad eum itaque omnes leges sunt datae, quas HONO-
 RIVS isto vulgauit tempore; ad Anthemium vero, praefec-
 tum praetorio missas esse constat leges Theodosii *g)*. Ad-
 iungitur quidem in inscriptione Honorio eius socius THEO-
 DOSIVS hancque ob causam TABOR Honorium nostrum so-
 lum praecipuas partes tenere statuere: non possumus tamen
 ex his concludere, THEODOSIVM statim quoque legem ad-
 probasse eiusue consensu illam esse latam. Licet nonnunquam
 vbi plures simul augusti imperarent, unus eorum leges, quas
 fecerit, ad alterum mitteret, vt eam in suo imperio quo-
 que vulgaret *h)*; semper tamen id factum esse, non potest
 probari *i)* et vel minimum id haud licet eo de genere con-
 stitutionum adfirmari, ad quod nostra erat referenda.

C 2

§. VIII.

d) chronol. cod. Theod. tom. 1. cod.
 Theod. p. 178.

e) loc. memorat.

f) loc. memorat.

g) SOCRATES, libr. VII. cap. 1.
 et NICEPHORVS, libr. XIV. cap. 1.
 Orienti praefectum praetorio singula-
 rem praefuisse, copiosius docuit IAC.
 GUTHHERIVS, de officiis domus augu-
 flae, libr. II. cap. 6.

h) ERVNNQVELL, de codice Theo-
 dosiano, cap. III. §. V. tom. 1. opus-
 cular. p. 63.

i) Leges in codice Theodosiano
 reperiiri, quae, quamvis imperato-
 rum orientis et occidentis nomina
 in inscriptionibus simul praeponan-
 tur, ad unum imperium pertineant,
 animaduertit ANT. SCHVLTING in
 risprud. Anticustianis p. 613.

§. VIII.

TEMPSVS, quo rescriptum datum est, docet subscriptio eius; ea tamen ratione, vt varia hac de re sint monenda. Omnes illae editiones, quas euoluimus, exhibent eam sequendi modo: *Dat. xii. cal. mart. Rauennae post consulatum Honorii VIII. et Theodosii V. AA. coss. DIONYSIVS vero GOTHOFREDVS in ea, quam iuris publici fecit, addit annum aerae christianaæ 499.* Qui paullulum rerum, isto tempore gestarum, est peritus, temporumque rationem habet, statim agnoscat erratum, quod non fere est tolerabile, quum anno legem hanc latam esse videlicet, videlicet post seruatorem ccccxcviii. quo neque HONORIVS; neque THEODOSIVS in viuis esse potuerat k); sed iam dudum vitam cum morte commutauerat; neque magis est mirandum, quod ipse SIMON VAN LEVVEN in eundem lapsus sit errorem, in quo cum GOTHOFREDO omnes, qui ipsius editionem corporis iuris denuo in lucem emittebant curarunt, versati sunt. Neque vero minus erratum deprehendimus in numero consulatus, quum post consulatum HONORII octauum imperatores rescriptisse adscribitur. GOTHOFREDVS illud certa ratione indicavit, quum notat: *Alii legunt ix. l.* Si ea, quae de consu-
latibus

k) notat hoc vitium iam IOH. OTTO TABOR, de testamento, prin- minus fallitur, vt infra docebimus, quum in locum 499. 409. vel 410. eipi; vel comiti oblatu, cap. I. §. 5. substituendum esse, putar.
tom. I. tractatum, p. 576. sed non l) not. ad L. 19. C. de testamentis

latibus horum caesarum eorumque ordine docte disputatione
 IAC. GOTHOFREDVS ^{m)}, ANTON. PAGI ⁿ⁾ ac HADR. RE-
 LANDVS ^{o)}, paullo curatius perpendimus: ea nos abunde doc-
 cent, consulatum nonum in annum post seruato rem natum
 CCCCXII. incidisse eumque illum annum, quo nostra lex sit
 facta, antecessisse. Haec quum ita sese habeant: non possu-
 mus; quin statuamus incuria scribarum numerum nonum in
 octauum esse mutatum. Eo facilius id euenire potuit, quum
 innumerae leges exstant, quarum subscriptiones eo laborant
 vitio, quod consulatus caesarei haud recte iudicentur ^{p)} ideo-
 que iam tempus, quo rescriptum nostrum ad praefectum
 praetorio missum est, facile potest determinari. Adparuit
 illud, postquam HONORIVS nonum; THEODOSIVS autem
 quintum gesserat consulatum eiusue in locum Heraclianus aequem
 ac Lucius successerunt ^{q)}. Quum breui post tempore Hera-
 clianus facinus committeret, ob quod vita aequem ac dignitatem
 sua priuaretur eiusque memoria deleretur ^{r)}, Lucius solus
 consul exstitit haecque forsitan causa fuit, cur annus hic ab
 consulibus, qui tunc rem publicam administrarent, haud no-

C 3 mina-

^{m)} chronol. cod. ibid. tom. I. p.

q) OROSIVS, libr. VII. cap. 42.

CAESAR BARONIVS annal. ad ann.

179. n) dissertatione hypatrica; seu de
 consulibus caesareis, p. 280.

413. GOTHOFREDVS, loc. citat. et
 PAGI, diff. hypatrica, p. 280.

o) fast. Romanor. consular. p. 126.

r) GOTHOFREDVS, loc. excitat.

p) v. c. L. 1. C. de castrrenianis
 ac L. 4. C. de sacrofaniis eccles. CO.
 THOFREDVS, loc. cit. p. 183.

et IVD. ANT. MVRATORIVS in der

Geschichte von Italien, tom. III, p.

55.

minaretur *s*); sed annus post consulatum Honorii *viii*. et Theodosii *v*. diceretur. Erat ille secundum aeram christianam eiusue computationem, a supra laudatis viris traditam, *ccccxiii. t*). Mensis, quo constitutio haec sit facta, fuit Februarius; dies vero eo nomine incertus est, quod secundum inscriptionem *d. xii. cal. Martii* nominatur; *iac.* vero *GOTHOFREDVS v*) *d. xvii. cal. Mart.* fuisse existimat. Coniectura ideo eius similitudinem veri consequitur, quod reliqua legis fragmenta, quae codice Theodosiano sunt conservata, *d. xvi. cal. Mart.* data esse, monstrat *x*).

S. IX.

PROGREDIMVR ad occasionem, quae imperatores nostros ad condendam legem hanc impulerunt; dissidium tamen hac in re inter iurisconsultos, qui istam eruere iam studuerunt, reperimus. *iac. GOTHOFREDVS y*), cuius interpretatione vera ratio tot legum a tenebris eruta est, caussam ex le-

ge

s) eamdem tenet sententiam *TABOR*; de formula tamen post *Consulatus* dignus est, qui legatur *CHRIST. GOTTL. SCHWÄRZIVS*, *de formula post consulatum*.

r) Conveniunt hac in re *RELANDVS*, *diff. hypatica*, p. 280. *RELANDVS*, *saft. consular*, p. 126. cum aliis. Dicedit ab iis quidem *IO. OTTO TABOR loc. mem.* et latam hanc legem esse statuit anno *ccccx*. Sta-

tuit hoc eam ob caussam, quod annum post *Consulatum* Honorii octauum cum esse coniicit, quo lex nostra sit lata; sed hac in re eum falli, ex supra dictis constat.

v) loc. citar.

x) GOTHOFREDVS, chronol. cod. Theodos. ad ann. 413. tom. 1. cod. Theodos. p. 179.

*y) comm. ad L. 6. cod. Theod. de inofficio*si testam.* tom. 1. p. 207.*

ge, quae, nostra quum lex conderetur, per plura secula obtinuerat videlicet ex lege Iulia et Papia Poppaea derivat. Ea cautum esse, animaduertit, ut coniugibus solidum mutuo ex testamento non; nisi liberos procreassent; vel ius liberorum communium impetrassent, capere liceret, quumque ita coniugibus, liberis orbatis, haud aliud solatum relinququeretur; quam quod ad principem sese conuerterent eumque, ut testamentum, quo se inuicem heredes scriperant, confirmaret, pertinerent, eiusmodi preces Honorio quoque oblatas fuisse, harumque causa rescriptum, de quo nobis est sermo, datum, coniicit. Aliam ingrediuntur reliqui jurisconsulti viam penitusque GOTHOFREDI conjecturam, silentio praetereunt, propterea quod illa sine dubio ipsis plane incognita fuit. Ita hac in re conueniunt, ut vnam fere vocem ac mentem inter eos deprehendas; extra tamen dubitationem est positum, 10.
OTTONEM TABOREM ^{z)}) primum hancce opinionem excogitasse, ac reliquos illam ad verbum descripsisse. Turbatum reipublicae statum, qui Honorio imperante fuit, caussam legis esse, persuasum habent, quumque caesar ita afflictus fuerit, ut, obsidionem Rauennae metuens, Attalo imperii consortium deferret: necessitatem augusto impositam esse putat, testamentorum solemnitates non minus; quam alias legum ambages relaxandi, hancque formam ultimarum voluntatum singu-

^{z)} loc. memorat.

singularem introducendi. Haec est summa eorum, quae trahit IO. OTTO TABOR; eadem vero repetuntur a GOTTER. BARTHIO a) AC PETR. MULLERO b).

§. X.

si ingenue fateri debemus, quid vtraque de coniectura sentiamus: annualium monumenta omnino loquuntur de maxima calamitate, quae imperium HONORII adfixit. Neque nobis usque eo progredi licet, ut statuamus, istam perniciem inducere haud potuisse caesarem ad fanciendam hanc legem; nobis tamen omnino probabile est, eius omnino in illa mentionem factam esse, si ad illam respexit imperator, quem illam conderet. Ne syllaba quidem de illa ibi reprehenditur, hancque ob causam in TABORIS sententiam discedere haud audemus; ea autem, quae GOTHOFREDVS profert, ita sunt comparata, ut nobis omnino placeant. Certum ante omnia est atque expeditum, lege Iulia ac Papia Poppaea, ut eo magis Romani ad procreandos liberos excitarentur; sicutum esse, ut coniugibus non, nisi liberos haberent, copia facta fuerit solidum inter se capiundi et solummodo huic regulae quasdam exceptiones esse adiectas, quibus etiam ii, qui liberos eiusmodi haud procrearunt, solidum capere potuerant. Locupletissimus eius rei est testis VLPIANVS c) ut eius

a) de testam. comiti oblatu, §. 6. 640.

b) not. ad Strut. system. iuris ci- c) fragmentor. tit. XVI. p. 69. ed. uil. ex. XXXII. thef. 9. tom. II. p. 10. CANNEGIETER.

eius ex verbis IAC. GOTHFREDVS d) ac IO. GOTTL. HEINECIVS e) sequens decretum memoratae legis exhibent: Item qui filium filiamue communem superstitem babebunt; aut quatuordecim annorum filium; vel filiam duodecim; vel qui duos trimos; vel tres post nominum diem aut qui intra annum et sex menses etiam unum cuiuscumque aetatis impuberem amiserint: eis solidum inter se capiundi ius esto. Neque negandum est, tam infelices parentes, qui liberis haud haberent, rationibus suis hac in re consulere potuisse, si ius liberaum commune a principe impetrarent. Usuueniebat illud satis notum ius nomine *iuris liberorum*, vi EX VLPIANO f), ISIDORO g) et nonnullis legibus h) discimus; nonnunquam autem ius commune liberorum dicebatur, si fidem mar-mori cuidam, a GRVTERO i) vulgato, habere volumus, quam ANT. SCHVLTINGIVS k) et IO. GOTTL. HEINECCIVS l) omnino in dubium vocant. Definit nobis illud ISIDORVS m), quem ait: *ius liberorum est coniugum sine liberis inuicem*

D

pro

d) leg. Iul. et Papia Poppaea repe-
titia praecl̄i: cap. XIII. tom. III. thes.
iuris civilis EV. OTTONIS, p. 221.
e) comm. ad leg. Iuliam et Papiam,
Poppaeam, libr. I. cap. v. p. 92. ea-
dem traduuntur a FRANCISCO RAMOS
DEL MANZANO leg. Iul et Papia.
tom. V. thesauri *iuris civilis* et cano-
nici GERH. MEERMANNI, p. 40.

f) loc. citar.

g) libr. v. orig. cap. 35.

h) tit. cod. Theod. et Iust. de iure

liberorum.
i) p. XXXVI. num. 7.
k) *iurisprud. Antejustiniæa*, p.
612.
l) comm. ad leg. Iul. et Papiam,
libr. II. cap. XV. p. 291.
m) loc. cit. Inprimis de iure li-
berorum euoluendus est M. VOR-
TRAMII MAVRI, de iure libero-
rum liber singularis, in EV. OTTO-
NIS tom. III. thesauri *iuris Romani*,
p. 965, translatus.

pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio, neque aliter, quod omnes fatentur, definire potuit: a principe vero, postquam in eum summa reipublicae esset translata hicque iura maiestatis publica exercebat, tanquam priuilegium erat imperandum. Haud iam disquiramus, quis antea illud concesserit numque hoc ipsi populo, quod *GOTHOFREDVS n)* statuit; an senatus id sit relictum, ut multis ex argumentis, demonstrare studuit *IO. GOTTL. HEINECCIVS o)*; sequenti vero tempore a principe illud petendum fuisse, facili negotio demonstrari potest. Lectu profecto dignum est carmen, quod *MARTIALIS* ad Domitianum misit *p)*:

*Rerum certa salus terrarum gloria, caesar,
Sospite, quo magnos credimus esse deos
Si festinatis toties tibi lecta libellis
Detinuere oculos crimina nostra tuos
Quod fortuna vetat fieri, permitte videri
Natorum genitor credar ut esse trium
Haec si displicui, fuerint solatia nobis
Haec fuerint nobis praemia, si placui
neque minus illud, quo impetrato a principe iure libero-
rum, vxorem adloquitus q):*

*Natorum mibi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum*

SOLVS

n) loc. excitat.
o) loc. memorato.

p) libr. 11. epigr. 91. p. 156.
q) libr. 11. epigr. 92.

SOLVS QVI POTERAT. valebis vxor

Non debet DOMINI perire munus.

neque vero nobis opus est, vt in testimonio huius poetae
ingeniosissimi adquiescamus. Non minus PLINIVS ^{r)} ac
DIO CASSIVS ^{s)} locupletissimi eiusdem rei sunt testes; VLPIA-
NVS ^{t)} autem scribit: aliquando vir et vxor inter se solidum
capere possunt -- si ius liberorum a principe impetraverint.
Plura vt hac de re addamus, iam non opus est; sed dispicere
iam debemus, num quoque preces coniugum, ius libe-
rum optantium, Honorio sint oblatae, antequam rescriptum
nostrum ad praefectum praetorio, Ioannem mitteret, hocque,
illis vt satisfaceret, datum sit; nec ne? Memoratu dignum
est, quod THEODOSIVS ^{v)} duos annos ante rescriptum no-
strum coniuges ab onere petendi ius liberorum liberavit et
verba huius rescripti sunt sequentia: nemo post haec a nobis
ius liberorum petat, quod simul bac lege detulimus. Haec si
quis considereret, arbitrari forsan possit, haud posse coniuges
cogitari, qui duos annos post ad caesarem confugerent, vt
quidquam ipsis permitteret, quod ex lege iam ipsis licitum
esset; verum enim uero sciendum est, constitutum hoc fuisse
Honori ab socio, THEODOSIO ideoque saltim in prouinciis,
ipsis imperio supiectis, obtinuisse. Supra iam quum animad-
uertimus, diuiso imperio vnius imperatoris leges alterius ci-

D 2

ues

^{r)} libr. II. epist. 13. libr. VII.
epist. 16. libr. X. epist. 2.
^{s)} libr. LV. p. 549.

^{t)} fragment. tit. XVI.
^{v)} L. 2, et 3. cod. Theod. de iure
liberorum.

ues non obligasse: merito supponimus, in Honorii imperio ea adhuc valuisse, quae lege Papia Poppaea erant introducta; ad corroboranda vero conjecturam GOTHOFREDI, legem quorundam coniugum caussa, quorum matrimonium erat improle, latam esse, iisdem argumentis utimur, ad quae prouocauit GOTHOFREDVS, ex nouella videlicet VALENTINIANI summis. Licet in illonullum inesse robur, persuasum habeat V. C. GEORG. LVDOV. MADIHN x) eamque ob caussam opinionem GOTHOFREDI penitus reiiciat: luculentissimum tamen capimus ista ex nouella indicium, desiderium quorundam coniugum, sibi inuicem succedendi caussam, scripto nostro dedisse, quem VALENTINIANVS ac THEODOSIVS ita loquuntur y) iamdudum quidam diuus auunculus noster testamentorum compendia generali lege complexus, formulam juris antiqui et inanem verborum conquisitionem, non necessariam iudicauit, validissimam statuens voluntatem, quem de nostris alteribus coniuges petunt, ut decadenti prius succedat supercessus. Libentes concedimus, Leonium, cum sua vxore Valentiniano renouandi legem, a Honorio factam, occasionem dedisse; alios tamen coniuges effecisse, vt ipsa lex conderetur, clare patet ex verbis, a nobis recitatis; neque parum firmamenti ex eo accipiunt, quod leges in codice Theodosiano reperiantur, quae ab eodem imperatore, Honorio videlicet, et quidem ad pra-

x) diss. de validitate testamenti non
rite obiari §. vi. p. 25.

y) Nouell. Valentin. tit. IIII.

praefectum praetorio Ioannem sunt datae, eodemque tempore scriptae hancque ob causam partes nostrae constitutionis esse videantur. Tres earum memorantur a GOTHOFREDO ^{a)}; vna vero eorum in primis notatu est digna, propterea quod ipsum maritum, qui cum coniuge ad altaria imperatoris confugit, Catulinum nominat eumque ius communionis liberorum habere testatur ^{a).}

S. XI.

QVVM lege HONORII AC THEODOSII, de qua adhuc disputauimus, testatoribus primum copia facta est, offerendi ultimas suas voluntates principi eiusue tutelae illas, sine ullis sollemnitatibus commendandi: haud multo post a THEODOSIO AC VALENTINIANO ^{b)} est renouata lege illa, cuius facilius mentionem fecimus. Leonius quidem vir spectabilis occasionem imperatoribus praebuit, constitutionem hanc promulgandi, quum vna cum vxore testamentum reciprocum condere vellet, et ut eo sanctior esset ipsius voluntas, ad ipsum augustum confugeret. Renouabant eum in finem constitutionem auunculi sui Honorii regulamque ibi stabiliebant, *ut siue inter se coniugum; siue quoruncunque consensu oblatis serenitati nostrae precibus optauerit, morte praeuenti,*

D 3

bere-

^{a)} L. ch. cod. Theod. de diversis reliquo. L. vtr. de iure liberorum ac L. 6. de inoff. testam.

^{a)} L. ver. D. de iure liberor.

^{b)} nouell. Valentiniani, tit. IIII. tom. VI. codicis Theodosiani. adpend. p. 106.

heredem superstitem fieri oportere personam, hac ita ratum firmumque habeatur, ut nihil robustius aestimetur: immo vsque eo progredi videntur, vt potestatis, recipendi testamento sine villa sollemnitate, quam Honorius imperatori tribuerent, copiam quoque facerent Augustae: *Et in augustam, pergunt, notitiam peruenisse sufficiat, etiam si nullum processerit ex hac parte responsum*, licet haud negemus, suspectam nobis videri lectionem horum verborum: ad *augustam ac SICHARDVM* c) in locum illorum ponere et in *nostram*. Infra copiosius hanc in rem inquiramus; ea vero, quae de firmitate testamenti Leontii sequuntur, tacitus praeterimus ac solum addimus, legem hanc datam esse ad Albinum, praefectum praetorio atque exaratum d. xii. calend. nou. Romae, Actio III. et Q. Aurelio Symmacho, VV. CC. in foro divi Traiani atque antelatam edicto modo memorati Albini d).

§. XII.

TANDEM nouum robur accessit testamentis, principi oblatis, quum TRIBONIANVS e) Iustiniani aetate codicem repetitiae praelectionis conficiendum curaret. Haud dubitabat legem illam Honorii, de qua plura iam fecimus verba, in codicem hunc transferre et licet haud integra ibi adpareret, ut iam supra est monstratum; illa tamen verba, quae virtutem testa-

c) vid. IO. DAN. RITTERVS not. cuoluendus est IO. SAL. BRUNN. ad nouell. IV. Valentiniani rom. VI. QVELLIVS historia iuris part. I. cap. Cod. Theodos. p. 110.

d) de loquendi formula antelata

XII. §. 25. p. 146.

e) L. 18. C. de testam.

testamenti, principi traditi tangerent, a TRIBONIANO feliciter conseruata; neque illa adest ratio, cur a viro hoc, de iurisprudentia praeclare merito, interpolata ea esse suspicemur.

CAPVT SECUNDVM
DE
VERA INDOLE TESTAMENTI PRINCIPI
OBLATI.

§. I.

Haec de origine ac fatis juris illius principum, recipiendo testamenta sine illa sollemnitate: iam ad indolem ipsam ultimae voluntatis, ipsis oblati, curatius considerandum accedo. Ea iam solum intueor, quae iure Romano hac de re sunt canta eumque in finem partim ad traditionem testamenti, principi a testatore faciendam, eiusue formam: partim ad effectus eius memoratu dignos respicio, quum testamentum, de quo nobis est sermo, non; nisi adsit princeps, cui tradatur, atque ipsi illud reuera exhibeat, cogitari potest; ubi autem id euenit, effectus quoque suos in testamento producit.

§. II.

Ex his quum iam abunde constat, traditionem testamenti, principi a testatore faciendam, praecedere debere: *princeps* is est, cui illud sit tradendum. Secundum ius Romanum nemo; nisi ipse imperator sub illo intelligi poterat. Declarant

clarant hoc imperatores statim initio legis illius, quae testam
entorum hoc genus introduceret, quum requirunt, ut te
neat conscientiam *principis f).* Etsi aliis quoque princi
pis titulum datum esse, partim ex principibus illius senatus,
qui nonnunquam per eminentiam principes sicut sunt dicti
g), partim ex principibus iuuentutis; sive successoribus au
gustorum designatis discimus *b);* iam dudum tamen animad
uertit **BARNABAS BRISONIUS b6)**, strictiorem in iure nostro
sustinere hoc vocabulum notionem ac solum imperatorem si
gnificare. Superuacanei operis culpam vix effugere possem
si rem hanc nec tironi ignotam copiose demonstrare vel
lem; nostra vero lex clariora nobis adhuc suppeditat docu
menta, non; nisi imperatori testamentum hoc offerendum
esse, quum haud multo post legumlatores adffirmant, heredem,
in testamento hoc scriptum succedere **NOBIS MEDIIS** ac inti
mandum illud esse **NOSTRIS AVRIBVS.** Conuenit belle cum

hac

f) L. VI. C. de testamentis.

*g) LIVIVS libr. XXII. cap. II.
IAC. GUTHERIVS de offic. dom. au
gustae libr. I. cap. 12. et SAM.
PITISCVS lex. antiquit. Romanar.
tom. III. p. 185.*

*b) inuenitur nomen hoc in quibus
dam marmoribus, quae iuris publi
ci fecit THOM. REINESIVS class. II.
inscr. 88. p. 337. et class. VII. in
script. 12. et 13. p. 479. neque mi
nus in nummis, ut EZ. SPANHEI
MIVS de usu et praestantia numisma*

tum diff. VIII. p. 664. et GEORG.

*LAURENT. HAVSFRIZIVS diff. de
Caesare designato successore imperii au
riqui cap. II. §. 6. copiosius expo
nunt; iis autem FRANCISCVM RO
BERTELLVM diff. de cognomine et*

*adpellations imperatorum tom. I. mis
cellan. eruditiae Italae p. 653. ac
HENR. NORISIVS metaph. PISANO*

*diff. II. cap. 5. addas.**bb) de verbis. signif. lib. XIV.**p. III6. ed. HEINECCI.*

hac lege constitutio illa THEODOSII ET VALENTINIANI *i)*
quum uno loco testamentum hoc voluntatem esse adffirmant,
quam de ipsorum altaribus coniuges petunt; altero autem offe-
rendas esse statuunt preces serenitati imperatorum, hisque
exhibere*j* iubent testamentum, siquidem *serenitatis* no-
men solummodo imperatoribus vindicaretur, ut liquet ex
SYMMACHO k) aequae ac legibus *l)*; neque vero minus tantum
Caesari tribui solerent altaria *m)*.

§. III.

QVONIAM leges, quas nominauimus, clare docent, ne-
mini; nisi principi potuisse testamenta haec offerri: de *cae-*
saribus; siue successoribus auguſtorum designatis id haud adfir-
mare possumus. Eſſi ſplendidam profeſto tenerent dignita-
tem, haecque ipſi plura tribueret iura, quae in primis **GEORG.**
LAUR. **HAVSFRTZIVS n)** magna industria expoſuit: poten-
tiaſtate tamen leges ferendi priuilegia que concedendi haud frue-
bantur ideoque nec facultate, testamenta ſine vlla ſollemni-
tate recipiendi. Eamdem ob cauſam ſtatueret haud dubito, ne
auguſtne quidem testamentum offerri potuisse. Obſtare quidem

E mihi

i) leg. cit.*k)* Lib. II. epif. VIII.*l)* IACOB. GOTHOFREDVS glor.
ſur. nomic. cod. Theodos. tom. VI. p. 218.*m)* L. vlt. de locat. fundor. ac L.
vlt. cod. Theodos. de relat. De notio-ne singulari, quam hiſce in legibus
vocabulum hoc denotat, euoluendus
eft GOTTL. SLEVOGT in der kurzen
Abhandlung von den Rechten derer
Altaere cap. I. §. I.*n)* loc. memorat.

mihi videtur, quod in constitutione illa THEODOSII et VALENTINIANI, qua de valore testamenti huius agitur, legimus un): et in augustinam notitiam peruenisse sufficiat, etiam si nullum processerit ex hac parte responsum; neque negandum, augustas nonnunquam maritis suis in iure equiparari, atque iisdem usus fuisse priuilegiis, quae imperatoribus tribuerentur. VLPIANVS o) id iam animaduertit lege illa, cuius supra mentionem fecimus: *augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamen eadem illi priuilegia tribuant, quae ipsis habent;* neque vero minus eiusdem rei evidentia deprehendimus indicia, quum priuilegium fisci, rationibus quoque Augustae tribui legimus p): id, quod ab augusta donatum est, ad peculium refertur castrense q): donatio inter augustam eiusque tori socium, aequo permittitur r), ac ipsis liberima donanti tribuitur facultas s). Libenti animo id concedo; nihil tamen minus ne vmbra quidem legislatoriae potestatis, augustae tributae, in iure nostro inuenio, etsi eius participem factam esse constet Theodoram, Iustiniani vxorem t). Quum illa semper munitum esse oporteat principem,

- nn) Nouell. Valentianii IIII.
 o) L. 31. D. de legibus.
 p) L. 6. §. I. D. de iure fisci.
 q) L. 7. C. de bonis quae liberis.
 r) L. 26. C. de donat. inter vir.
 s) L. vbi. C. de quadri. praescript.
 Plura priuilegia augustarum nominat

AHASVERVS FRITSCHIVS diff. de
Augusta Romanorum imperatrice eius-
ue iuribus cap. 8. tom. I. opusculor.
 p. 41. et RVD. DE BUNAV diff. de
ornamentis et honoribus augistarum
Liplia 1510 CCCXXXIII.
 t) IO. PET. DE LVDEWIG
vita Iustiniani cap. VIII. p. 173.

pem, qui tale recipere velit testamentum: omnino suspecta nobis videtur lectio effati illius VALENTINIANI, quod paulo ante recitauimus. Substituit ipse SICHARDVS *v)* in locum Augustum in nostram; neque minus mihi est probabile, vel augustum; vel in nostram esse legendum, si ponderamus ea, quae sequuntur. Tradunt id, quod quoque ex lege altera HONORII constat, non scilicet opus esse rescripto principis; cur vero haec essent adiecta, si de Augusta sermo esset, plane perspicere non possum eamdemque ob caussam merito miror, quid sit, quod in mentem venerit FRANC. DE BARRY *x)*, BENED. CARPZOVIO *y)* atque in primis AHASV. FRITSCHIO *z)*, quum augustae quoque voluntatem eiusmodi ultimam exhiberi posse sibi persuadent. Sententia, quam amplexi sunt, dubia iam visa est IO. OTTONI TABOR *a)*. Eius in partes discesserunt SAM. STRYCKIVS *b)* aequae ac GOTTFR. BARTHIVS *c)*; neque nobis repugnant, quum cum ipso TABORE, feminae, quae tenet rei publicae gubernacula, facultatem concedunt, propterea quod hoc formae imperii Romani haud conueniret ideoque nullo modo locum habere posset. Tandem non sine ratione hoc loco monendum est, nec in locum principis succedere posse *aulae proceres* aequae

E 2

ac

- v)* RITTER ad nou. *III.* Valent. *la* p. 42.
tom. VI. cod. Theodos. adpend. p. 110. *a)* loc. laudat.
x) Lib. *1.* de *testamentis* cap. *2.* *b)* difterat. de *testamento principi*
3) de *lege regia* cap. *2. sect. I.* *vel iudici oblata §. IIII.*
z) diff. de *augusta Romanorum im-* *c)* diff. de *testamento comiti oblato*
perarice cap. VIII. tom. I. opuscu- *cap. II. §. 3. p. 257.*

ac iudices. Si GEORG. AD. STRUVIVS ^{a)} haud tradidisset, principum quoque consiliarios; vel duos secretarios depatri posse ad recipiendam ultimam voluntatem; neque SAM. STRYCKIVS ^{e)} id quoque probasset: immo GOTFR. BARTHIVS ^{f)} vsque eo esset progressus, vt testamenta consilio imperii aulico; vel principis regimini ac cancellariæ exhibita in classem istarum ultimarum voluntatum scriberet, de quibus iam disputo: haud id tetigissem; verum enim uero horum litteratorum cauſa merito id animaduerto, et vt dictis fidem faciam, ad constitutionem nostram HONORII AC THEODOSII prouoco ^{g)}. Nobilium quidem probatarumque personarum mentionem faciunt, qui praesentes esse solebant, quum ultima voluntas offeratur principi: per id tamen haud significant, iis quoque eam exhiberi posse ac potius id haud obscure negant, quum principem quoque adesse eumque medium esse debere tradunt. Memoratu deinde dignum est, quod testamentorum quidem iudicialium meminerint; ea tamen a nostris voluntatibus ultimis distinguant, vt nullus iudex cum principe sit comparandus. Sicut ergo, inquiunt, securus erit, qui ait ei cuiuscumque iudicis aut municipum aut auribus priuatorum mentis suæ postremum publicauit iudicium, ita nec de eius unquam successione trahabitur, qui nobis mediis succedit. Conuenit hac in re cum auun-

^{a)} not. et obseruat. ad ANTON. MATTHAEI tractat. de success. cap. §. 2. 23. p. 30.

^{e)} loc. landae.
^{f)} loc. memorie.
^{g)} L. 19. C. de testam.

auunculo suo VALENTINIANVS ^{b)}, qui optimus illius existit interpres, Nam quum liceat, ait, *cunctis iure ciuitatis ac praetorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis iudicia suprema comparere, procul dubio manebit firmior haec voluntas, quae testimonio principis firmatur.*

§. III.

QVVM imperator est is, cui ex legum Romanorum sententia testamentum hoc est exhibendum: haud interest, vtrum testator illud ipse exhibeat; an id per procuratorem peragat. Non negare possumus, iure antiquiori haud licuisse testatori per procuratorem testamentum offerre, propterea quod testamentis factio esset actus legitimus ⁱ⁾; neque inficiari licet, duo loca occurtere in constitutione HONORII AC VALENTINIANI, quae fauere videntur iis, qui praesentiam in testatoribus requirunt, quum uno loco rationem reddunt legum conditores, cur haud rescriptis confirmandae sunt eiusmodi voluntates hancque in eo ponunt, quod voluntates hominum audire velint; nec iubere, altero testamento nostra describit eaque testamenta vocat, quae per supplicatio-

E 3

nem

^{b)} nou. III. Vol. cap. 1.

ⁱ⁾ In testamenti factione semper mancipatio requirebatur, quae actus erat legitimus, obseruantibus VLFIA-NO, fragment. ite. XX. §. 9. ac IV. STINIANO §. 2. I. de testamento, ord.

hi autem expediri non poterant a procuratore secundum L. 3. D. de reg. iur. Copiosus id in primis expōnit FRANC. CAR. CONRADI diss. de testamento publico, quod sit apud acta,

nem auribus sint itimanda k); verum enim uero haec nobis haud obstant; quo minus a GOTTFR. BARTHIO l), FINCKEL-THAVSIO m), AVG. BERLICHIO n) ac summo viro, FRID. EL. PVFENDORFIO o) discedam et cum OTT. TABOR p) SAM. STRYCKIO q), GEORG. SAM. MADIHN r) atque aliis existimem, per procuratorem principi testamentum exhibere potuisse. Solum ad testamenta, quae principi offeruntur, respicio et ideo controuerstiae, de valore testamenti, iudici per procuratorem oblati, me haud immisceo t); ratione illorum autem memoratu i) dignum est, quod neque in lege modo adlegata; neque in constitutione VALENTINIANI unquam

k) Plura quidem sunt loca legis nostrae, ad que prouocare solent, qui praesentiam testatoris in oblatione testamenti principi facienda necessariam esse sibi persuadent, quum AVG. BERLICHIVS, part. III. conclus. 4. num. 28. ex verbis: mentis suae publicauit iudicium et successorem suum postea declarare praefiduum sibi petere posse putat: immo FRID. ESAIAS PVFENDORFFIVS obseruat. iuris uniuersit. tom. IIII. p. 416. ex verbis infernum mera fide precibus argumentatur, testatorem testamentum suum haud posse offerre per procuratorem; verum enim uero haec argumenta ita utilia sunt, ut iis refutandis merito supersedere queamus.

i) loc. excitaro.

m) obsf. 60.

n) part. III. conclus. 4. num. 28.

o) obsf. iuris uniuersit. tom. IIII.

p. 460.

p) diff. de testamento principi; aut comiti oblati, cap. v. §. IO. tom. I. tractatum, p. 586.

q) loc. citar.

r) diff. de validitate testamenti non rite oblati, Halae CIOCCCLXXI.

s) obseruat. testamentariis, p. II.

t) de hac controuerstia in primis euoluendi sunt AVG. LEYSER, spes. CCCLI-1. med. 4. IVST. HENNING.

BOEHMER, consil. et respons. tom. II. part. I. resp. 643. IO. FLOR. RIVINV'S, diff. de testam. per procuratorem oblati, resp. CIOCCXXXI. WOLFG. ALB. SPIESIVS, de testamento iudi- ci, per procurat. non offerendo.

Altorffii, CIOIDCXXXIII. et IO. GVIL. GADENDAM, diff. de testa-

mento iudici per procurat. ad acta ex-

bibizo, Kilonii, CIOCCCLXX.

quam oblati restamenti mentio fiat; sed oblatarum potius precum, quibus insertum sit testamentum. Statim ab initio legimus v): omnium testamentorum sollemnitatem superare videtur, quod insertum mera fide precibus - etiam conscientiam principis tenet. Paullo post de supplicatione sermo est, per quam testamentum sit intimandum: deinde vero successoris mentio fit, qui oblatis precibus declaratur atque idem fere repetitur in fine constitutionis, quum sequentia addunt: nec institutus heris pertimescat, quum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit adprobare. Neque! vero minus VALENTINIANVS x) lege sua, oblatas preces fuisse supponit, quum de oblatis serenitati ipsius precibus et de supplicatione, cui charta connexa sit testamenti, loquitur. Si paullulum curatius omnia haec loca consideramus: duplicum modum, testatoribus permisum fuisse deprehendimus, quo imperatori, quum ipsi preces suas offerrent, voluntatem suam ultimam significarent. Quum ab antiquiore aetate iam more obtineret, ut precibus suis sententias, acta, aliae instrumenta adiungerent haecque consuetudo in primis aetate SEVERI et ANTONINI y), GORDIANI z) ac DIOCLETIANI et MAXIMINIANI a) conseruaretur: immo iam dum

v) L. 19. C. de testam.

et L. 2. C. de delator.

x) nou. 1111. Valent.

a) l. 14. C. de donar. inter vir.

y) L. 1. C. de contrah. et com-

et uxor. BARN. BRISSON, de for-

mirt. stipul.

mul. libr. III. cap. 21. p. 275

z) L. 1. C. de error. aduocat.

edit. BACHII.

dum ante tempora HONORII libellis suis testamenta, ut lites, ex ipsis oriundae deciderentur, adiungerent, quod quidem discimus ex constitutione SEVERI et ANTONINI b): *verbis testamenti, quae precibus inseruisti; usumfructum legatum tibi animaduertimus: testatores formam, testamentis nostris praescriptam haud transgressi sunt, si tabulas testamenti separatim scriberent, hasque precibus suis adiungerent.* Illud haud ex constitutione HONORII adprobare conor et nequidem ex loquendi formula, quae ab initio statim deprehenditur: *testamentum quod insertum mera fide hac in re praesidium peto, quum ea, quae libellus ipse complectetur, non minus quam in illa, quae ipsi adiungeretur, inserta esse dicentur.* Haud itaque errat CHRIST. VLRIC. GRVPEN c), quum ii, quae in acta referrentur publica, iis inserta nonnunquam fuisse, doceat animaduertit: *vbi vero quoque de inserto verbo, d) de verbis codicillis insertis e) de inserto pacto poena f) pacto dotti inserto g) nomine stipulationi inserto b)* quidquam legamus; merito in mentem nobis venit, potuisse quoque legislatorem sub testamento precibus inserto intelligere illam ultimam voluntatem, quam ipsae comprehendenter preces: verumtamen amplissimum documentum eius rei nobis praebet VALENTINIA-

NIA-

b) l. 2. C. de usufructu.

c) obserunt, de forma consciendi
acta apud Romanos, p. 42.d) l. 17. C. in quibus causis
injam.

e) l. 78. D. ad SC. Trebell.

f) l. 41. C. de transact.

g) l. 10. C. de iure dotium.

h) l. 12. D. fului. matrimon.

NIANVS, dum ait ⁱ⁾ praeterea sicut supplicationi connexa monstrant, quamuis in unius chartae volumine supremum votis paribus condidere iudicium septem testium subscriptionibus corroboratum. Libens hoc concedo: eadem autem ratione ita testatores principi declarasse, quid fibi fieri post mortem suam vellent, ut id solum ipsis libellis significantur, partim concludimus ex eo, quod testatoribus permitteretur, heredes suos oblatis precibus declarare; partim ex eo discimus, quod id, quod per supplicationem auribus intimetur, immo oblatae preces ipsum testamentum contineant. Requirunt eum in finem huius constitutionis conditores, ut heres oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus queat adprobare, vbi heredem defuncti se esse, demonstrare velit eoque maiori iure hanc viam, voluntatem suam declarandi, ingredi poterant, quam ab Augusti abhinc aetate illa ultima voluntas, quae codicillorum nomine designabatur, formam haberet epistole; epistolarum fideicommissiarum saepius mentio fiat haecque eo saltim potissimum nomine a libellis differant, quod haud ad principem, sed ad heredem potius essent datae, quemadmodum BARN. BRISSON ^{k)}, IO. GOTTL. HEI-
NECCIVS ^{l)} ac IVST. HENNING. BOEHMERVS ^{m)} in primis docent. Omnia haec extra omnem dubitationem sunt posita; nihilominus semper preces testatorem offerre oportuit prin-

cipi,
F

ⁱ⁾ non. ^{III.}

^{k)} de formulis, libr. VII, cap. 168.

p. 664.

^{l)} antiquit. Rom. libri II, tit. XX.

^{m)} exercit. ad pand. rom, V, ex.

LXXVIII.

cipi, vbi eius tutelae ultimam suam voluntatem committere vellet. Designantur illae in iure diuersis nominibus. Vocabantur *preces, libelli, supplicationes*; neque alio modo; quam in scriptis exhiberi poterant. Quemadmodum IAC. GUTHENIVS ⁿ⁾ eleganter obseruat, Tiberii aetate consuetudo introducta, omnia imperatori in scriptis proponendi. Illam sancte religioseque esse conseruatam, ex multis illis legibus discere licet, quos sequentes imperatores de precibus his offerendis condiderunt ^{o)}. Quid itaque mirum est, quoque testatorem ultimam voluntatem haud ore; sed litteris principi proponere debuisse? Ita eiusmodi preces factas fuisse, claretliquet ex oblatione earum, quae non nisi locum habere poterat in precibus scriptis ^{p)}; vbi vero his saltim opus est, non necesse quoque fuit, ut testator ipse compareret. Colligimus iam cum PETR. MULLERO ^{q)} ac SAM. STRYCKIO ^{r)} id ex natura propositionis, quae in scriptis fieri solet, quaeue ab orali eo nomine fere distinguit, quod haec inter praesentes; illa autem inter absentes fieri soleat: sed nobis non opus est, ut hic adquiescamus. In memoriam merito reuocamus, quod libel-

II

- ⁿ⁾ *de officiis domus augusti, libr. bus imperatori offerendis*, quae reperiatur in libris ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, vbi offerre græce προσφέρειν convertitur. Exstat id tom. I. Basili. libr. II. cap. 34.
- ^{o)} BARNAB. BRISSON, loc. cit.
- ^{p)} Elegans profecto argumentum profert SAM. STRYCKIUS, quo tit. v. p. 101. ed. FABROTI. probet non; nisi scriptas preces proferri potuisse, cauel. testamentor. cap. 8. p. 346. Dicit ex translatione græca inscriptionis tit. C. de preci-
- ^{q)} not. ad Struu. syntagm. iuris civil. tom. II. libr. XXVIII. tit. I. p. 643.
- ^{r)} loc. cit.

li haud ipsi imperatori; sed magistro potius traderentur libelorum, quumque hic grauioribus negotiis distineretur, partim suos scrinarios; partim suos libellenses haberet hisque in primis officium, a priuatis preces suas accipiendi, esset demandatum, quemadmodum IAC. GVTHERIVS ^{s)}, IVL. CAESAR. BULLENERVS ^{t)}, GVIDO PANCIROLLVS ^{v)} atque alii docent. Haec si ponderamus: ex iis merito concludimus, eiusmodi preces a magistro quoque libellorum proponi potuisse; neque opus fuisse, ut ipse testator compareret. Tandem eamdem rem colligimus ex constitutione HONORII et THEODOSII ^{x)} ideoque eorumdem principum, qui nostram de testamentis tulerunt legem. Loquuntur ibi de precibus principi offerendis haecque sanciunt: *vniuersis simul hanc obseruantiam remittimus, vt a quocumque liberae conditionis constituto; vel seruo supplicante impetratum fuerit rescriptum, minime requiratur, per quem preces oblatae sint.* Quemadmodum subscriptio legis nostrae docet, lex haec haud multo post nostram est condita. Quum haud interesse statuunt imperatores, vtrum huic; an aliis negotiis committatur, preces offerendi, haud obscure nobis significant, iam ante hanc legem per procuratorem preces offerri potuisse; sed illa iam liberum supplicantibus relinquitur arbitrium. Quemadmodum ex precum mentione liquet, procuratore testatorem vti

F 2 po-

^{s)} de off. dom. aug. libr. II. cap. 3. cap. 97. tom. VII. thesauri antiqu. Rom. ^{t)} de imper. Rom. libr. I. cap. 14. manar. GRAEVII p. 1587.
^{v)} not. dign. imp. viariusque, libr. I. ^{x)} loc. memorat.

potuisse, vbi principi offerre voluerit ultimam voluntatem; ita idem II) euidenti modo demonstrari potest ex onere probationis, quod legumlatores heredi, in tali testamento, imponunt, si quis existit, qui illud impugnare veller; vel in dubium vocare. Definiunt optimi principes ipsum thema, vt cum practicis loquar, probandum ac poscunt, vt probet idoneis testibus, *oblatas preces esse secundum voluntatem defuncti*: quo quaeso vero pacto opus esset hac probatione, si preces non; nisi ab ipso defuncto testatore essent oblatae et tunc ipsae preces voluntatem defuncti ita testatam redderent, vt nullo modo in dubitationem esset vocanda. Probe id quoque SAM. STRYCKIVS x) ac IO. OTTO TABOR' y) perspiciunt; ea vero argumenta, quae ex eadem lege fautores contrariae sententiae petunt, et quaeue supra proposuimus, facile refutari possunt. Quum legumlatores, voluntates hominum audire se velle; nec iubere, eo potissimum consilio declarant, vt liqueat causa, cur haud opus esse censeat rescripto, si ultima voluntas sit exhibita, quilibet intelliget, ex mente legum conditorum solum hoc in actu iubendi facultate principem haud frui. Iam dudum dein BARN. BRISSONIVS z) obseruauit, principem ac iudicem legum ex sententia audire, qui cognoscit; vel postulantem admittit, hancque in rem ad innumeras protocauit leges; nec praeter eundum est, principem voluntata-

x) loc. excitat.

z) de verborum significat, libr. I.

voc. audire, p. 114.

Iuntatem testatoris quoque absentis auribus suis percipere potuisse, si illa ipsa fuerit a magistro libellorum proposita. Ita itaque regula, quam legumlatores proferunt nobis minime aduersatur: idem autem de altero loco affirmare licet, quo testamentum hoc id vocatur, *quod auribus nostris intimatur*. Si vocabulum *intimandi* eam solum sustineret notionem, quam indicauit GEORG. VLRIC. GRVPEN a), me traxisset in coniecturam, verba haec haud esse genuina: verumtamen duae aliae leges b), quae non minus loquendi formulam *auribus imperatoris quid intimare*, locutionem hanc optime tuentur. Largior hoc libenti animo; nemo tamen persuadere sibi debet, non nisi ore imperatori esse significandum, quod eius auribus sit intimandum. Non solum id discimus ex ipsa notione vocabuli intimare, a IAC. GOTHOFREDO c) ac BARN. BRISONIO d) exposita; sed idem testantur quoque duae hae leges, ad quas iam prouocaui. Una earum digna est attentione nostra e). Loquitur de petitionibus cinitatum easque sine distinctione praefecto praetorio exhiberi iubent; huius autem arbitrio relinquuntur, quae ex his auxilio ipsius implenda; quaeve clementiae nostrae, videlicet *imperatorum, intimanda videantur*. Intimari itaque potuerunt auribus imperatorum

F 3

pre-

- a) de forma conficiendi acta apud VI. p. 221.
 Rom. obf. I. p. 4¹. d) de verbis. signif. libr. VIII.
- b) l. 4. cod. Theod. de legat. et p. 657.
 decret. ac L. vii. cod. Theod. ne praef. e) l. 4. cod. Theod. de legat. et
 fection. exalt. vel curiosi. decret.
- c) glossar. nom. cod. Theod. tom.

preces ciuitatum, licet illae haud comparuerint coram caesaribus; nonne vero itaque idem de vltimis voluntatibus principi offerendis cogitari poterat?

§. V.

si ea, quae iam tradidimus, paullo curatius perpendimus: viam simul nobis paramus, ad definiendum *id, quod iam principi a testatore sit exhibendum*. Est id ipsum testamentum, quod litteris est consignatum. Haud interest, vtrum precibus ipsis, quae principi offeruntur, contineatur; an separatum scriptum ac precibus solum sit iunctum; nihilo tamen minus legumlatores supponunt, illud iam litteris esse exaratum. Plerique iurisconsultorum arbitrantur, eiusmodi testamentum posse esse quoque nuncupatiuum ac per id efficiunt, vt WOLFG. AD. LAVTERBACHIVS aequae ac OTTO TABOR sibi ipsis contradicant. Quum ille f) sententiae nostrae omnino fauere videatur, vbi ait: *ratione formae extrinsecæ requiritur 1) ex parte testatoris, vt vltimum suum elogium, scripto insertum principi offerat, et simul perspicue exponat, in charta oblata suum contineri testamentum, quod bac ratione offerre atque commendare velit — — Verba enim d. l. sunt dispositiva et sermo est de testamento scripto;* addit ea, quae quod ab ipso antea est dictum, penitus tollunt: *quamuis etiam per nuncupationem coram principe fieri possit.* Eadem ratio.

f) coll. theor. pract. tom. II. libr. XXVIII. tit. I. §. 54. p. 800.

ratione sibi repugnat Tabor^{g)}, qui in margine, requiri oblationem in scriptis et quidem praecise, adffirmat: immo nouam et singularem adsertionem se proferre gloriatur, et nihilominus regulariter deinde scriptum saltem requiri obseruat. Neque ego nostra aetate omnem valorem testamento coram principe nuncupato denegare volo; vbi vero iam solum ad id, quod iure Romano hac de voluntate est cautum, respicio, non; nisi scriptum testamentum exhiberi posse arbitror huiusque rei plura documenta in utraque lege, formam huius ultimae voluntates definiente, et ad nos delata, capio. Testamentum eiusmodi ex parte HONORII et THEODOSII^{b)} solemnitatem testamentorum haud prius superare potest; quam si insertum sit merā fide precibus oblatis; illas vero non; nisi scriptas fuisse, supra demonstrauimus. Adffirmatur deinde de illo, qui in eiusmodi ultima voluntate heres sit scriptus, eum teste toto iure succedere hocque in scriniis imperatoriis esse constitutum et per id, vti infra copiosius monstrabitur, denuo supponitur testamentum hoc litteris esse consignatum. Confirmant legumlatores eamdem rem denuo, vbi supplicationis mentionem faciunt, per quam testamentum auribus intimetur, et successorem oblatis precibus declarari tradunt: quid quod in casu, vbi probatio instituenda, solummodo preces secundum voluntatem defuncti esse, probari volunt; neque ipsam

^{g)} diff. de testam. principi aut committi oblatio, cap. v. §. 9.

^{b)} I. 19. C. de testam.

ipsam heredis institutionem, legata aequa ac fideicomissa per testes demonstrari iubent, quod quidem omnino factum esset, si nuncupare quoque liceret testatori coram principe voluntatem suam. Similiter VALENTINIANVS *i)* testamenti solum scripti mentionem facit: argumenta vero, quibus adversarii vtuntur, facilis negotio confutari possunt. Agmen illorum dicit GOTTFR. BARTHIVS *k)* et hanc in rem plures rationes coaceruauit, quibus sententiam suam corroboraret. Primum argumentum dicit ex forma testamenti, in comitiis calatis conditi, quumque REVSNERVIS eum docuit, nuncupari potuisse his in calatis comitiis testamentum, idem quoque testatori, qui principi voluntatem suam declarare vult, eo nomine licere putat, quod naturam eius ac formam, tamquam surrogatum sequatur. Errat BARTHIVS, quod solum nuncupari posse testamentum existimat in comitiis calatis; nec tironem fugit, testamenta eo tempore, quo in comitiis calatis conderentur, sine distinctione fuisse nuncupatiua *l)*: quo vero quaeſo pacto adſirmare liceat, in illorum locum testamenta principi oblata ita ſuccellſe, ut quod de illis valerer, ad haec poſſit adplicari? Ex legibus digestorum *m)*, quas citat, vel minimum id demonſtrari nequit. Fallitur iurisconsultus, quum

i) nou. **IIII.**

GOTTFR. SCHAVMBVRG *singular.*

k) diff. de testamento comiti oblate, de testamento nuncupatiuo capitisbus.
cap. **IIII.** §. 3. p. 288.

§. **VIII.** p. **II.**

l) HEINECCIVS antiquit. Re. *m)* L. **70.** §. **vlt.** et L. **71.** D. de
man. libr. **II.** tit. **X.** p. **506.** et **10.** leg. **2.**

quum sibi persuadet, comparari cum nuncupatio verbis illis: aut auribus priuatorum mentis sua postremum publicauit iudicium, et qui paullo intentius verba haec intuetur, perspicit, loqui imperatores de testamento coram septem testibus condito, hocque, siue sit scriptum, siue sit nuncupatum, vna cum judiciali ideo commemorare, ut testamento principi oblato eamdem tribuant vim, quam istae ultimae habent voluntates. Neque concedere possumus BARTHIO, quod lex saltim *conscientiam* principis requirat; sed merito statuere debemus, illam supponi *Scientiam*, quam ex precibus oblatis sibi adquisiuit. Confugit deinde ad voculam: *meram fidem*; sed istam omnino cogitare possumus, et si scripturam, quae sine ulla sollemnitate est confecta, supponamus. Negat tandem, preces scriptas solum imperanti debuisse offerri atque simul prouocat ad aures, quibus voluntas ultima sit percipienda quibusue ea intimanda; sed non opus est, ut in confellendis his argumentis tempus consumam ac lectorem ad ea saltem ablego, quae supra tradidi.

§. VI.

EXPOSITA, indole ipsius ultimae voluntatis, quae sit exhibenda: iam ad formam oblationis pergo ac moneo, duobus in actibus illam consistere, quorum alter a testatore; alter vero a principe esset peragendum. Quum priorem ante omnia principi testamentum suum tradere oportet:

G

tet:

tet: ex iis, quae antea protulimus, iam constat, haud interesse, num ipse; an loco eius procurator adpareat. Osten-
di quoque, secundum veram sententiam legis nostrae testa-
torem mentem suam litteris, ad imperatorem datis, expo-
nere debere eumdemque in finem a FRID. ES. PVFENDORFI
n), qui non nisi nuncupatiuum testamentum principi offer-
ri posse sibi persuadet, prorsus discessit; neque vero minus
extra dubitationem est positum, haud interesse, utrum prin-
cipi, comitibus suis consistorianis stipato, in consistorio; an
extra illud ei soli exhibere velit; semper tamen ita obla-
tionem esse peragendam, vt ad augusti scientiam, quid ordi-
natum sit in ultima voluntate, perueniat. Quum posterius cum
aliis iuris interpretibus ex eo argumentamur, quod tenere
debeat ultima eiusmodi voluntas secundum verba legis no-
stra*e conscientiam principis o)* ac declaratio heredis oblatis
precibus fieri debeat ideoque testamenti tabulas clausas ex-
hiberi posse augusto negamus p): prius a nobis haud esset
memoratum; nisi inter litteratos homines existissent, qui
non; nisi in consistorio principi testamentum hoc offer-
ri potuisse, persuasum habuissent. IACOBVS CVIACIVS
q), quantum scimus, primus fuit, qui id crederet.

Eum

n) tom. IIII. obs. iur. uniuersi, loc. excitato.
obs. CXCVII p. 416.

o) L. 19. C. de testamentis.

q) tom. V. opuscul. postumor. p.
743.

p) SAM. STRYCKRIVS,

Eum sequuti sunt IAC. GOTHOFREDVS *v*), HVG GONEL-
LVS *s*), IVST. MEIERVS *t*) aliquie; inter recentiores autem
CHRIST. VLRICVS GRVPEN *u*) nostra aetate surrexit sen-
tentiamque hanc pluribus propugnauit argumentis. FRID.
ESAIAS PVFENDORFIVS *x*) non dubitauit in eiusdem disce-
dere partes; nihil tamen minus auctoritas tantorum virorum
ab opinione, quam nos amplexi sumus, haud deterret. Haud
negamus, isto tempore collegium fuisse consistorii nomi-
ne notum, caesaresque in illo res, ipsi a comitibus con-
sistorianis propositas, decidere solitos fuisse; ibi autem so-
lummodo offerri potuisse ultimam voluntatem, nullo mo-
do concedere possum.

§. VII.

si rem paulo curatius consideramus, extra omnem du-
bitationem positum est, ab antiquissimis temporibus collegia
fuisse, in quibus augusti grauiora tractarent negotia litesque
dirimerent, quarum decisio ipsis relinquetur. Adoptare
solebant augusti in eo potissimum iurisconsultos, vti cui-
libet constat, idque potissimum *consilii* nomine designabant *y*).

G 2

Succe-

r) ad L. 6. cod. Theod. de inoff. testamem.

x) loc. memorat.

s) ad L. 19. C. de testamentis.

y) Vocabatur isto tempore am-

t) coll. Argentor. iii. D. qui te-

plifimus ordo *consilium*, et, qui illi

flam. facere poss. §. 10.

adscriptus esset, *consiliarius*. Illud dis-

u) obs. de forma conficiendi acta

cum primis ex SPARTIANO,

apud Romanos et de forma testam. iu-

vit. Hadr. cap. 8. tom. I. script. bift.

dicial. obs. II. §. 2. p. 86.

Aug. p. 72. L. 29. D. de leg.

2. L.

Succedebat eius in locum auditorium. Quemadmodum auctor dialogi de causae corruptae eloquentiae ^{z)} animaduertit, plura fuerunt; neque discedimus ab EVERARD. OTTONE ^{a)} aequo ac IO. FLORENT. RIVINO ^{b)}, quum etiam illa iudicibus tribui testantur; ab his vero multum dissidebant auditoria illa principum. Referimus inter illa ipsum satis celebratum auditorium Papiniani ^{c)}, qui quum summam teneret dignitatem ac praefecto praetorio officio fungeretur, loco principis haberetur; neque aliud cum EVERARD. OTTONE ^{d)} statuimus, etsi isto tempore a sententiis, in auditorio praefecti praetorio latis ad principem valeret prouocatio. Amplectimur potius sententiam, quae iurisconsultis summae placuit auctoritatis, videlicet FRANC. BALDVINVS, e) IAN. VINC. GRAVINA, f) FRANC. CVRTIUS, g) CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK ^{b)} ac ANDR. FLOR. RIVINV ⁱ⁾ qui, quod de PAPINIANI auditorio legitur, de auditoriis illis prin-

2. L. 30. pr. D. de exensat. multisque alii legibus: hoc autem ex marmore apud GRVTERVM, p. CCCCLVIII. num. 7. Ere uitatis cauila pronocamus ad IAC. GVTHERIVM, de off. domus augustae, libr. II. cap. 18. EVERARD. OTTONEM, in vita Papiniani, cap. XIII. p. 516. et QVID. PANCIROLLVM, not. dignit. utrinusque, libr. I. cap. 8. tom. VII. thesaur. antiquitat. Romanorum Graenii, p. 1363.
z) cap. XXXVIIII.

a) loc. memorato.
b) diff. de auditoriis legalibus, Vitembergae, CCCCCLVI. §. 7.
c) L. 40. D. de rebus creditis.
d) loc. excitato.
e) in vita Papiniani, tom. I. iurisprud. Romanae et Atticae, p. 521.
f) de orig. iuris civil. cap. I24.
g) libr. II. enarrat., cap. 43.
h) libr. singul. ad leg. Lecta, cap. 2. tom. IV. oper. p. 8.
i) loc. excit.

principis intellexerunt; iure vero meritoque in hunc censem scribimus auditorum illud divi Marci *k*); nec non Seueri atque Antonini *l*), cuius iurisconsulti meminerunt. Haec quum nomina essent antiquiora, quibus amplissimus hic ordo ab aliis distingueretur: sequente aetate collegium hoc vocabatur *sacrum auditorium*, vti ex SYMMACHO *m*) AVSONIO *n*) ac CENSORINO *o*); neque minus legibus quibusdam *p*) patet, in primis autem illud *consistorium* vocabatur: immo *comitatus* *q*). SVIDAS pariter ac HESYCHIVS veram indolem huius collegii describunt, quum ille *r*) Θεον ουνέδειον, *sacrum confessum* idque vocat; hic *s*) cum ipso plane conspirat; vbi autem latius progreedi volumus, merito animaduertere debemus, comites consistorii membra huius collegii suisse. Illud iterum ita in promtu existit, vt nulla egeat disputatione; vtrum vero omnes comites quos haberent imperatores, in isto collegio fuerint; an non nulli eorum? alia est quaestio. Si sequi volumus sententiam doctissimi Galli, *io. FILLEAV* *t*): distinguere debemus *comites consistorianos* *vacantes* ac *honorarios* atque illos solum

G 3 locum

k) L. 22. *D. ad Sc. Trebell.*

q) L. 32. §. 4. *C. de appellat.*

l) L. 18. §. 1. et 2. *D. de minoribus.*

r) lex. tom. ii. p. 347. ed. XV-

m) Libr. VIII. epist. 17.

STERI.

n) in grat. act.

s) lex. tom. ii. p. 313. ed. 10.

o) de die natal. cap. 5.

ALBERTI.

p) L. 2. cod. *Theod. de pact.* et

t) de comit. consistorianis, cap. 5.

translat. L. 13. 40. 44. et 48. cod.

tom. I. thesaur. iuris civilis ac cano-

Theod. de adpellat. ac L. 3. 4. et 5.

nici G E R H. M E E K M A N N S;

cod. *Theod. de reparas.*

p. 341.

locum in consistorio occupasse, statuimus; IAC. vero GUTHERIVS *u)* comites tripartitos fuisse tradit ac simul saltem comitibus primi ordinis facultatem, in consistorio comparendi, perhibet. Locupletissimus quum hac de re testis existit CASSIODORVS *x)*, vbi ait *comitiuam primi ordinis largimur, ut consistorium nostrum ingrediaris; non possum;* quin cum GUTHERIO existimem, iis saltem comitibus honorem hunc contigisse; in eiusdem vero sententiam haud succedo, vbi inter eosdem discrimen adesse statuit eumque in finem inter eos, qui ingrediendi facultate fruerentur atque illos, quibus deliberandi copia est facta: inter comites, qui sunt in consistorio atque eos, qui sunt intra consistorium distinguit; sed sine delectu locum ibi illis esse tributum, persuasum habeo. Conuenit hac in re mecum prorsus IAC. GOTHOFREDVS *y)*; eadem vero ratione EVERARD. OTTONI *z)* suffragor, quae in consistorio sunt tractata, definire vult. Consistorium complecti tradit tribunal aequum ac auditorium; neque hac in re fallitur; vbi autem de auditorio addit, quandoque illud a consistorio aequum ac tribunali separari, sententiam ingreditur, quam nullo modo probare possit. Statuimus potius omnes illas causas, in quibus consistorii consilii opus esset, ad illud ab augusto esse dela-

*u) de officiis domus augustae, libr. 9) comm. ad cod. Theodos. tom. II.
1. cap. 17. p. 96.*

x) libr. 1. varior. cap. 12.

z) loc. cit.

delatas, eamque ob rem tantum abest, vt splendidissimum collegium saltim in gerendis negotiis publicis occupatum fuisse putemus; vt inter illius labores caussas quoque potissimum ciuiles pariter ac criminales, relatias esse arbitremur, siue per prouocationem; siue eo nomine, quod is, quem tangerent, neminis; nisi caesaris iurisdictionem agnosceret, ad caesarem essent deuolutae. Exstat apud IAN. GRVTERVM a) inscriptio vetus, quae cauſarum in consistorio patroni meminit:

DIS
MAGNIS

MATRI. DEVVM. ET. ATTIDI. SE
XTILIVS. AGESILAVS. AEDESIVS
V. C. CAVSARVM. NON. IGNOBI
LIS. AFRICANI. TRIBVNALIS ORA

TOR. ET. IN. CONSISTORIO.

in primis autem id abunde docent non solum plures leges
aa); verum etiam acta, in ipso consistorio habita, quae v-
terque codex nobis optime conseruat b). Quoniam comi-
tes consistoriorum constituere solerent horumque officium, vt
ipsum

a) pag. XXVIII. num. 2.

aa) L. 28. cod. Theod. de praetor.

cum omnium L. 2. cod. Theod. qui bonis
ex l. lul. cedere ac L. 1. D. cod. Theod.
L. vlt. cod. Theod. de honor. cod. cui
addas AMMIANVM MARCELLI-
NVM, libr. LXV. cap. 5.

de his, quae administrantur neque mi-
nus L. 2. C. de excusar. man. ac L.
12. D. de poenis. IAC. GOTHOFRE-
DVS, comm. ad cod. Theodos. tom.

b) L. 5. et 8. cod. Theod. de f. de

testium: L. 3. cod. Theod. de officio iudi-

ii. p. 339.

ipsum eorum docet nomen, esset, semper comitari augustum, locum certum conuentui ipsius destinatum fuisse, haud putamus. Fuit quidem Seueri tempore teste DIONE CASSIO c) locus quidam in palatio, in quo ius redderet imperator; neque dubium est; quin, consistoriani comites etiam in loco certo ac potissimum in secretario d) conuenirent, quum augustus in regia sua sede commoraretur; illos vero alibi quoque conuenire potuisse, discimus ex PAPINIANO e), quum ait: *iurisperitos, qui tutelam gerere cooperunt in consilium principum adjutos optimi maximique principes nostri constituerunt excusandos, quoniam circa latus eorum agerent et honor delatus, finem certi temporis ac loci non haberet.* Tandem quaestio in medium proferri solet, num stare debuerint comites praesente imperatore; an licentia iis sit data, sedendi. IAC. CVIACIVS f), ob locum AMBROSII g) opinatur, comites stetisse. Fauere videtur ipsis fragmentum actorum quorumdam h); sed VOPISCVS i) refert illos condesisse, id quod ipsorum dignitati omnino conuenire vide-

dere-

c) libr. LXVI.

d) ANDR. FLOR. RIVINV, de
auditorii, p. 9.e) L. 30. pr. D. de excusar.
Eam ob cauflam consistorium habitum
fuisse in thermis, testatur VOPISCVS,
in Aurelian. cap. 13. tom. II. scri-
ptrorum his. Augustae, p. 499. idem
autem contigit in theatro, liquet
ex L. 12. C. de poenis, et IAC. GO-
THOFREDVS com. cod. Theod. tom.III. p. 339. doce exposuit, hanc-
que ob cauflam inscriptio actorum,
in consistorio habitorum solum tra-
dit, habita ea esse apud imperatorem,
teste L. 5. cod. Theod. de fide testium.
f) ad L. vn. cod. Theod. de com.
consistor.g) ep. 27.
h) L. 5. cod. Theod. de fide test.
i) loc. cit.

deretur. Quam quidem ob rem coniicuit IAC. GOTHOFREDVS ^{k)}, antiquiore aetate comites sedisse ac sequente stetisse: ego vero omni tempore iis, vt fuderent, licuisse, cum IAC. GUTHERIO ^{l)} existimo.

§. VIII.

HAEC quum ita fese habeant, usque eo quidem haud progredior, vt imperatores consistorium habuisse eique graviora proposuisse negotia, negem; a me tamen impetrare haud possum, vt supra memoratis viris concedam, in illis exhiberi debuisse quoque augusto ultimas voluntates. Perspicimus id partim ex duabus illis legibus, ex quibus testamenta haec sunt deriuanda; partim ex ipsa natura actus, ab augusto intuitu ultimae voluntatis ipsi oblatae, suscipiendi. Quum ille ita esset comparatus, vt nullam in deliberationem caderet; nec quidquam adesset, de quo consilium capere augustum oporteret: profecto nec necesse fuit, vt in consistorio testamentum exhiberetur, quoniam ea saltim negotia expedire soleret imperator, quae consultationem requirent. Neque verominus eamdem rem ipsae leges nostrae probant. Si testatori necessitas, testamentum suum in consistorio exhibendi, esset imposita, actis ipsis palatinis esset insertum. Nobis non opus est, vt id pluribus verbis demonstremus. Vnus eorum, qui nostrae sententiae aduersatur, videlicet CHRISTIAN. VLRIC. GRVPEN ^{m)} eamdem ob caussam actis palatinis

H insertam

^{k)} comm. ad cod. Theod. tom. II. ^{l)} memorar.
p. 96. ^{m)} loc. excitat.

esse hanc ultimam voluntatem coniicit, quoniam illam in consistorio offerendam fuisse supposuit; neque hoc nomine reprehendendus est, quum omnia, quae in consistorio pergerentur, litteris consignata aetaque habita esse, scimus: imperatores vero nostri eadem testamenta illis, qui *ad iudicium publicantur n*), caute opponit. Concludimus itaque merito, ea in ipso consistorio haud esse semper oblata; idem vero argumentamur ex eo, quod legumlatores idoneis opus esse testibus, censuerint, quibus heres, testamentum voluntati testatorum conforme esse, demonstreret, si hoc in dubium vocetur, quum profecto illud haud facile esset cogitandum, si in ipso consistorio esset conditum. Neque minus colligimus id ex eo, quod solam requirant oblationem **HONORIVS** ac **THEODOSIVS**; **VALENTINIANVS o**) autem oblationem precum aequa ac principis testimonium requirunt. Sine vlo dubio de iis quoque rebus, quae extra consistorium fierent, princeps testari potuit et quis quaeso arbitrabitur, non; nisi hoc in splendidissimo collegio preces offerri potuisse?

§. IX.

Qui aduersariam fouent sententiam, non minus ad utramque hanc legem, ut praefidum petant, configuiunt; verum enim vero facili negotio refutari queunt. Tria sunt loca

*n*o) *L. 19. C. de testam.*

o) nouell. *Valentiniani* **IIII.** Soli **E. DE. LYNCKER,** *respons. tom. I.* principi testamentum offerri potuisse *resp. XIII. p. 124.*

loca legis illius HONORI AC THEODOSII, ad quae prouocare soleant aduersarii. Mirum I) profecto est, quid sit, quod vir, de iurisprudentia optime meritus, videlicet FRID. ESIAS PVFENDORFVS p) in verbis, quae in initio fere leguntur: *infertum mera fide precibus*, haereat haecque iam conjecturam suam corroborare putet: propterea quod fidem rem fidem esse supponit consistorii et notarii principis, qua ea, quae coram consistorio testator nuncupasset, litteris es- sent mandata. Diuersa ratione a iurisperitis verba: *mera fide* explicari, non est negandum. Secundum sententiam DIO-
NYSII GOTHOFREDI q) legumlatores his verbis significant, insertam esse debere ultimam voluntatem sincera fide, sine calliditate, fraude et subreptione. HVGO DONELLVS r) existimat, illa indicare certam et indubitatam probationem, qua testamentum hoc nisi oporteat. OTTO TABOR s) ad fi-
duciam testatoris, quam in clementia collocat principis, re-
spexisse putat: IAC. GOTHOFREDVS t) omnes has conjectu-
ras reicit ac rationem habere putat imperatorem omnium sol-
lemnitatum in hoc testamento remissarum plenaeque fidei, sine
illis ipsi tribuenda. Quum veteris Latii scriptores sub *mero*
omne id intelligerent, cui nihil est immixtum, hancque in

H 2 rem

p) tom. II. olf. iur. uniu. olf. cap. 6.

s) loc. memorat.

CXCVII. §. 4. p. 417.

t) comm. ad cod. Theod. tom. II.

q) ad L. 19. C. de testam.

r) comm. ad cod. Theod. tom. II.

r) libr. VI. commentar. iuris civil. p. 207. seq.

rem opponere solerent imperium merum mixto: MARTIALIS
u) eum in finem caneret:

Quum peterem MIXTVM, vendidit ille MERVUM.

CALLISTRATVS x) distingueret conditionem *meram* ab illa,
quae ex *mixtura quadam* confisteret; immo ideo vinum pu-
rum nomine *meri* designarent PLAUTVS y), OVIDIUS z) ac
HORATIVS a): APULEIUS b) *mera fide acceptam pecuniam*
illam vocat, quae sine chirographo ac sine vllis testibus mu-
tuuo est data. Eamdem rationem subiiciunt huic loquendi for-
mulae iidem imperatores, qui nostram tulerunt sanctionem,
lege haud multo post nostram eodem anno condita, quum
siunt, *loca*, quae praestationem suam implere non possunt,
praecipimus adaequare, ut quid praeferre possint, *mera fide*
et *integra veritate* scribatur hancque ob causam, etiam no-
stra in lege testamentum *mera fide* inseratum ei, quod est sol-
lemnus, opponitur. Suffragamur itaque merito hac in re iAC.
GOTHOFREDO ac statuimus, testatorem voluntatem suam
precibus *mera fide* inserere, vbi in illis, quid post mortem
suam fieri velit, sine vllis sollemnitatibus significat: quo ve-
ro posito nullo modo concedere possumus, respici hoc loco
ad fidem consistorii; vel notarii. Constat quoque illud luce
clarus

u) libr. III. epigr. 57. v. 2.

x) L. 82. *Di de condit, et demon-
strar.*

y) *Circul. art. I. scen. 2. v. 35.*

z) *de arte amandi, libr. I. v. 238.*

a) *libr. I. epist. xix. v. 15. Plu-*

ra de hoc vocabulo profert OBERT.

GIEHANIVS, collecti. in Lucretium,

*quas SIEG. HAVERCAMPUS splen-
ditac LVCRETII editioni, quam pro-*

curauit, adiecit, p. 120.

b) apol. p. 320.

clarior quoque ex eo, quod preces, minime vero acta nominentur, quibus mera fide testamentum sit inserendum: illae a testatore proueniunt ideoque nec ab alio; quam ab eo inseri queat iis testamentum. Eadem ratione II. falluntur, qui ex sequentibus verbis: quod *insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet*, consecrarium duci posse sibi persuadeant, quod fulciat aduersariam sententiam. Ante omnia monendum est, solummodo nobiles probatasque personas praesentes fuisse, quum testamentum Catulini, quod occasionem praebuit legislatoribus, hanc rogandi legem, ipsis exhiberetur. Traditur id solummodo hisce verbis; antequam ad id, quod ordinare volunt, perueniant ideoque haud ex eo colligendum est, probatas personas nobilesque indistincte interesse debere huic actu, quo testamentum caesari offertur. Cognoscimus illud in primis ex propositione: *omnium testamentorum solemnitatem superare videtur*, quae vocem legislatoris haud sapit ideoque ^{10.} HENR. BERGERI ^{d)} sententiam probamus, quum verba haec non de necessitate capienda esse animaduertit. Deterre quidem prope posset iudicium ^{GRV-} ^{PENII e)}, qui increpat elegantem illam BERGERI opinionem mirum in modum ac scribit: *die Erklaerungen sind uberaus schlecht*

H 3

schlecht

c) L. 12. cod. Theod. de censuas.

d) oecou. iuris, libr. II. tit. IIII, cial. p. 92.

§. 2. not. 1. p. 249.

e) obseruat. de forma testam. iudi-

Soblecht und wenn das L. 19. zum Grunde gelegt werden solle, wider die Evidenz der darinnen enthaltenen Disposition: sed rationes, quibus sententia haec nititur, haud addit; neque vsque eo auctoritas GR V P E N I I valet, vt eius in partes discedamus. Quodsi vero quoque concedere vellemus, praesentiam nobilium probatarumque personarum in testamento illo, principi offerendo, requiri: minime ex iis colligere possumus, comites consistorianos esse intelligendos testamentumque in consistorio conficiendum, quum nunquam loquendi hac formula vni sunt legumlatores, vbi ipsis fuerit sermo de comitibus consistorianis et quidem tam nobiles; quam nobilissimi isto tempore essent cogniti; sed neque in illorum; neque in horum censum caderent comites consistoriani atque solum ii, qui sanguine augustis essent iuncti NOBILISSIMI f); senatorii autem nobiles dicerentur g). Ex his quum clare patet, nec mentionem nobilium probatarumque personarum inseruire ad corroborandam sententiam aduersariam: nec III,) demonstrari id potest ex verbis, quae paullo post sequuntur: qui nobis mediis et toto iure, quod in nostris scriniis constitutum, teste, succedit. Satis expeditum est

f) IAC. GUTHHERIVS, de off. dom. aug. libr. I. cap. 4. p. 21. FRID. LINDENBROGIVS, ad Ammian. libr. XXXIV. p. 4. IAC. GOTHOFREDVS, MIANVM MARCELLINVM, ad L. vlt. cod. Theod. de lustr. collat. XXVIII. cap. I. IAC. GOTHOFRE-
et IO. PETR. DE LVDEWIG, vir. DVS, cod. Theod. tom. I. p. 319.
Iustiniani, p. 145.

est, quatuor fuisse scrinia sacra, in quibus omnia acta principium, quae ad ius pertinerent, recondita sunt. Adserabantur ibi non solum omnes libelli, qui principi exhiberentur ac iudicium relationes; sed simul omnia rescripta, mandata edicta ac decreta. Visitatum fuit iam PLINII b) aetate, constitutiones principis in iis adseruare. Retenta est consuetudo haec aetate sequentium imperatorum, ita ut ipse codex Theodosianus vna cum aliis legibus hisce in scriniis i) reperirentur hancque ob caussam in quatuor illas species, videlicet scribia memoriae, dispositionum, epistolarum ac libellorum diuiderentur hisque magister memoriae, magister epistolarum, magister libellorum, ac magister dispositionum, qui singuli magistro officiorum essent subiecti, praeficerentur. Quod quum copiosius exponunt GVID. PANCIROLLVS k), IAC. GOTHOFREDVS, l) IAC. CVIACIVS m), AC CHRIST. VLRIC. GRVPEN n): libens iam concedo, ultimam voluntatem principi exhibitam, magistro libellorum, ut eam in scrinio libellorum reponeret, ordinarie traditam esse, hancque ob causam imperatorem totum ius; siue complexum omnium, quae isto valuerunt tempore legum, in locum testium alioquin testamentariorum ex mente principum hisce in voluntatibus succes-

b) libr. x. epift. 71.

i) Nouek. de Theod. cod. confirm.

k) notit. dignitar. virtusque imper.
libr. 1. cap. 94. tom. VII. rbes. anti-

l) comm. ad cod. Theodos. tom. II.

p. 145. fqq.

m) de off. dom. aug. libr. III.

cap. 3.

n) loc. citat.

successisse, propterea quod non minus mandata ac iura principum scriniis seruarentur iisque iam testamentum iungentur; verum tamen testamentum illud in scrinio custodiri poterat, licet haud fuerit in consistorio exhibitum ideoque nec ex isto ritu colligere possumus, oblationem in consistorio necessario peragendam fuisse.

§. X.

Ex his quum satis superque liquet, ne voculam quidem deprehendi in lege HONORII ET THEODOSII, quae aduersariis nostris faueat: idem facil modo demonstraturum me spero de lege altera, quae a VALENTINIANO est vulgata; neque in codicem nostrum Iustinianum translata. Testatur ibi legislator, coniuges, qui testamentum suum principi exhibent, de imperatoris ALTARIBVS petiisse, ut decedenti prius succederet superstes; hocque nouum argumentum CHRIST. VLRIC. GRVPEN ¹⁾) suppeditat, quo sententiam suam corroborari posse, sibi persuadet. LACTANTIVS ²⁾) obseruat, sub Domitiano aras in secretariis ac pro tribunali positas fuisse, ut litigatores sacrificarent; antequam caussas suas dicerent, hocque GRVPENIVM nostram in coniecturam trahit, altarium nomine tribunal designari. Ea, quae LACTANTIVS tradit,

¹⁾ nou. Valentiniani III. Respicit legislator ad Catulinum, cuius caussa HO-

NORII et THEODOSII rescriptum

datum esse constat.

²⁾ loc. memorat.

³⁾ de morte persecutorum, cap. xv.

tradit, in dubium vocare haud audeo. THOMAS quidem WAGNERVS ^{r)} plura de eiusmodi aris disputauit et iam ante plures annos, SLEVOGTIVS ^{rr)}, nostras, altaria in legibus quibusdam tribunal denotare, animaduertit; verum enim uero omnia haec certiore me haud reddunt, verbis memoratis imperatorem testatori necessitatem imponere, in consistorio ultimam exhibendi voluntatem. Qui paullulum rerum a Romanis sub imperatoribus gestarum est gnarus, eum haud fugit, iam antiquiore aetate non solum aras diis pro salute augustorum; sed quoque illas ipsis augustis esse consecratas. Satis notae sunt aerae illae Augusti, quarum altera Lugdunum ornabat ^{s)}; altera a colonia Iulia Narbonensi fuit erecta ^{t)}. Eiusdem rei optimi quoque sunt tes-

^{r)} diff. de aris in curiis et pro tribunali apud Romanos positiss, Lipsiae, C. D. I. O. C. XXXII.

^{rr)} loc. cit.

^{s)} meminercrunt huius aerae DIO CASSIVS, libr. LIIII, tom. I. operum, p. 762. ed. REIMARI, STRABO, libr. LIIII, tom. I. oper. p. 292. ed. ALMELOOVEN, SVETONIVS, vir. Claudi, cap. 2. tom. I. oper. p. 626. ed. RITISEI ac IVVENALIS, libr. I. fair. v. 44. ed. HENNINII: plura vero haec de re proferunt: GVID. PARADIN, in memoires de l'histoire de Lyon, libr. I. cap. II. sq. p. 15. PETR. BERTHALDVS,

I

de ara, cap. 26. tom. V. r̄b̄f. antiquit. Romanar. GRAEVII, p. 215. CAESAR EGASS. EVLAEV, comment. de veruissim Gallor. academii, praemissa tom. I. hist. universit. Parisiensis, p. 59. IAC. SPONIVS, in

recherches des antiquites et curiosites de Lyon, cap. I. p. 8. et cap. 6. p. 135. DOMINIC. DE COLONIA, histoire de Lyon, part. I. cap. 4. sq. atque ven. PRAESIDEM, comm. des iuri aerae Augusti Lugdunensis, tom. III. actorum societ. latinae Ienensis, p. 294.

^{t)} apud GRVTERVM, tom. I. in script. p. CCLXXXVIII, num. I.

stes SVETONIVS^{v)}, TREBELLIVS POLLIO^{x)} atque alii^{y)}. Quod quum obtineret iis adhuc temporibus, quibus idolorum cultui essent dediti imperatores: euenit, vt ista aetate, qua maiestate sua dignum putarent, diuina sibi tribuere epitheta, altaria eadem ratione sibi vindicarent; qua numina^{z)}; neque illud solum, si caesar in tribunalii esset; sed aliquoquin quoque locum haberet. HONORIVS et THEODOSIVS^{a)} loquuntur de *suggestione*; *sive relatione*, quae *advnius litigatoris querimoniam ipsorum altaribus offeratur*. Iidem imperatores^{b)} alia lege rescripti meminerunt, quod quis de *ipsorum meruerit altaribus*; vtroque vero in loco sub altaribus ipsam imperatoris intelligunt personam, secundum loquendi rationem, quae isto iam tempore esset visitata atque in primis Iustiniani aetate adhuc obtineret. His quum accedit, consuetudinem, a LACTANTIO memoratam ob purgata sacra haud amplius locum habere potuisse tempore VALENTINIANI; neque ullum antiquitatis monumentum quidquam de ara in dicasterio posita prodere: iure ac merito discedo

v) *vit. Jul. Caesaris*, cap. 76.

civilis, p. I.

x) *in Claud. cap. 3.*

z) NIC. HIERON. GUNDLING,

y) ablegamus hanc in rem lectores *in Gundlingianis*, part. I. num. 5. ad PETR. BERTHALDV M, *de ara*, p. 80. ac 10. CHIFFLETIVS, diss. cap. XXI. tom. VI. *ibef. antiquit. apologetica*, cap. 2. sq. tom. I. *the Romanor.* p. 370. et per illi. GEORG. *fauri iuris civilis Romani*, EV. OT. LVDOV. BOEHMERVM, diss. de TONIS, p. 175. seq.
aris pro salute imperatorum in iuu a) *L. fin. cod. Theod. de relat.*
restitu, §. 5. in eius electis iuris b) *L. fin. C. de locat. fundor.*

discedo a IAC. GOTHOFREDO *c*), qui scrinia altarium nomine designari putat; neque vero minus improbo coniecturam GRVPPENII, qui istis ex verbis oblationem in consistorio faciendam esse, colligere conatur.

§. XI.

SATIS disputatum arbitror de actu a testatore suscipiendo: iam ad eum fese vertit oratio, qui a principe expediri debet. Est ille *receptio*. Quum ad principis conscientiam peruenire debet testamentum eamdemque ob caussam ipsi quoque principi ut offeratur necesse est, sponte ex ista re fluit, a principe quoque testamentum hoc esse recipiendum. Quemadmodum haud interest, vtrum in consistorio; an extra illud voluntas haec ultima recipiatur hocque iterum clare patet ex iis, quae antea protulimus; ita arbitrio principis merito relinquitur, vtrum rescripto confirmare velit testamentum, ipsi exhibitum; nec ne; neque necessitate est adstrictus, de receptione facto rescripto testimonium exhibendi. Quum ordinarie imperator, precibus ipsi oblatis, supplicant, quid decreuerit, notum facere solet: hoc nomine *sub et adnotationis* in primis exararet *d*); neque prius supplicants id, quod petiit, impetrasse crederetur; quam si

I 2 iam

c) gloss. nomico, tom. vi. cod. THERIVS, de officiis domus augu-
Theodoj. p. 148. *ftae, libr. i. cap. 35. p. 212. ac 10.*

d) BARN. BRISSON, select. an-
tiquit. libr. IIII. cap. 7. et de for-
Rom. libr. II. tit. II. §. 56.
mulis, libr. IIII. cap. 21. IAC. GV-

iam illud obtinuerit hancque in rem ad ipsum; vel iudicem rescriptum sit datum: caute animaduertunt HONORIVS ac THEODOSIVS e), regulam hanc locum habere in precibus, quibus testator principi voluntatem suam offerret. Si consideramus, ea exhibita, solum opus esse, ut principis ad conscientiam perueniat, nobis haud mirum esse potest; quare ex parte principis rescriptum, ad preces testatoris directum haud requiratur; illud autem non requiri, clare docent sequentia verba: *nec sane illud heredibus nocere permittimus, si rescripta nihil de eadem voluntate responderint.* Vsque eo progrediuntur optimi imperatores, ut quoque rationes addant, cur hoc in casu rescripto haud opus esse censeant eumque in finem duas nominant rationes, quarum altera in regula ponitur, quod *voluntates hominum audire velint; nec ibere;* alteram vero in libertate testatoris mutandi voluntatem suam ultimam quaerunt, quumque rescriptum eam ipsis adimere videatur, ideo illud omittendum esse censem. Sine dubio haec imperatores haud claris verbis id animaduertissent; nisi Catulini illud testamentum, quod Honorio et Theodosio occasionem praebuit, legem hanc condendi, eo nomine sit impugnatum, quod rescriptum deficiat, quo illud sit confirmatum. Concludimus ex eo, quod si princeps rescripto voluerit confirmare testamentum, illud ipsis haud noeat; neque minus illius revocatio testa-

e) L. 19, C. de testam.

testatori permisſa ſit; nunquam tamen illud reſcriptum requiratur f). Haec quum extra omnem dubitationem ſunt poſita, ad quaefionem peruenimus, quae magis eſt perplexa, ac dubia; iure tamen a me eſt tangenda: num retinere debeat princeps testamentum receptum ac remittendum curare in tabularium ſuum; an reddere poſſit testatori? Extra omnem dubitationem eſt poſitum, tempore Honorii ac Theodosii retentum fuſſe atque in loco publico eſſe conſeruatum. Non concludimus id ſolum ex eo, quod precibus ſit oblatum quae plerumque iſum teſtamentum continuerint, atque illae ordinarie retentae fuerint; verum etiam id colligimus ex ſatis notis verbis noſtræ legi: ita nec de eius umquam ſucceſſione traſlabitur, qui nobis mediis et toto iure, quod in noſtris ſcriniis eſt conſtitutum teſte ſuccedit. Quum longe alienus ſum a nugis illis DAVTHII g), locum hunc de ſcriniis pectoris principis interpretantib; ſed ſupra copioſius expoſui, ſermonem hoc loco eſſe de quatuor illis ſcriniis, quibus omnia ſcripta memoratu digna, quae vel nomine illius eſſent exarata; vel ipſi exhibita-

I 3 con-

f) conſulto quidem itaque agit ad L. 19. C. de teſtam. WOLFG. teſtator, qui teſtimonium de teſtamento principi oblatu ab ipſo ſibi ex AD. LAUTERBAGH, coll. theor. pract. petit, quod ſub nomine des Recognitioneschein notum eſt; verum tamen tom. II. libr. XXVII. §. 45. 10. REVS- haud peccat, iſi illud omittit, uti NERVUS, vol. I. de teſtam. p. 4. SAM. animaduertunt PETR. MULLERVS p. 306. g) comm. ad L. 19. C. de teſtam. ad Struu. tom. II. ex. XXXII. theſ. nunt. 5. 9. p. 64I. 10. BRVNEMANNVS.

conseruarentur: non possumus; quin ipsis ex verbis argumentemur, retentum fuisse testamentum ac in scrinio reconditum, quum totum ius, quod in sciniis sit constitutum, testem huius voluntatis esse adfirmant imperatores. Sine dubio itaque Catulini illud testamentum, ad quod imprimis respiciunt, in sciniis reperiebatur. Nec negare conamur, imperatores verba haec haud protulisse; nisi ab ipsis esset suppositum, futuro quoque tempore ordinarie principes retenturos esse testamenta ipsis exhibita; neminem tamen fore spero, qui arbitretur, illa legis huius ex sententia non; nisi sint custodita a principibus, fuisse valida. Quodcumque testamentum principi ita est oblatum, ut eius quoque conscientiam teneat, illud valere iubent legislatores nostri: nonne vero id adfirmare liceat de eo, quod haud in sciniis seruatur; sed redditum potius est testatori? Neque imperantis vocem deprehendimus in verbis, quibus adserunt heredem eiusmodi in testamenta succedere nobis, mediis et toto iure teste, ideoque merito adfirmamus, neque interesse, vtrum retineat princeps testamentum; an illud restituat testatori. Discedo itaque a PETR. MULLERO b), quum necessario, ut sciniis inseratur, exigi tradit atque a WOLFG. AD. LAVTERBACHIO i), ubi repositionem quidem in scrinio; vel archiuo necessariam haud esse putat; verumtamen,

vt

b) ad Scrinii. tom. II. ex. XXXII.
thes. 9. p. 641.

i) coll. theor. pract. tom. II. libr.
XXVIII. §. 45. p. 796.

vt princeps tale testamentum in conclavi retineat; vel litteris suis priuatis iungat, postulat. Sequitur sententiam SAM. STRYCKII k), qui non minus, vt princeps testamentum retineat, requirit; nostram vero amplectuntur AVG. BERLICHIVS l), GOTTFR. BARTHIVS m) ac IO. OTTO TABOR n). Adprobarunt eamdem in ilite quadam per plures annos coram tribunali, quod Gustrouium ornat, splendidissimo inter de D. ac de L. agitata sententiis, quas tulerunt iurisconsulti HELMSTADIENSES, GIESSENSES AC IENENSES, quunque priores testamentum, a nobili quadam virginе duci megapolitano oblatum, validum esse pronunciarent, et si a principe testatrix fuerit redditum atque ab illa in scrinio priuato, einer chatoule reconditum, atque eo potissimum nomine, quod custodia principis haud defecerit, impugnatū, GIESSENSES sententiam hanc confirmarunt eosque illustris iurisconsultorum ordo, qui nostra floret in academia, mense Octobri ann. CICCIOCCLXXV. sequutus est. Quum non necesse est, vt retineat princeps testamentum hocque vsque ad mortem testatoris in sciniis suis custodiāt: nec statim reuocare eum voluisse praesumere debemus, voluntatem suam ultimam, si instrumentum, quod de illa condidit principique obtulit, per aliquod tempus in archiuo sit custoditum; postea

k) loc. laudat.

l) part. III, conclus. 4, nr. 36.

et 37.

m) diss. de testamento comiti oblati, cap. VII. §. 4. p. 306.

n) loc. memorat.

ea autem a testatore repetitum. Obseruarunt hoc iam sca-
bini IENENSES ^{o)}, sententia mense Aug. ann. CICIOCXIV.
lata; neque vero minus idem defendit responso quodam
IO. OTT. TABOR ^{oo)}.

§. XII.

HAEC quum ita sese habeant, nihil aliud in testamento
principi oblato requiritur; quam quod a testatore principi
illud sit exhibitum et ab hoc receptum; ex iisdem tamen
nisi me omnia fallunt, argumentari me posse credo, haud
prius testamentum eiusmodi esse agnoscendum, quam si,
oblationem aequae ac receptionem rite esse peractam, fue-
rit probatum. Indicant hoc ultima legis nostrae verba:
*nec institutus heres pertimescat, quum oblatas preces secun-
dum voluntatem defuncti idoneis testibus possit adprobare,
si ei alia nocere non possunt.* Quum id, quod demonstran-
dum sit a herede testamentario legislator curate definit at-
que ei probare praecipit *oblatas esse preces secundum volun-
tatem defuncti*: iure meritoque hac ex re colligimus, non
solum eum, qui impugnare vult hoc testamentum negare
posse, voluntati defuncti illud esse conforme; sed in du-
um vocare quoque licere ipsam eius oblationem principi
fa&ctam

^{o)} teste THOM. MAVLIO libr. I. comiti oblato, cap. VIII. tom. I.
de ultima volunt. tit. III. p. 79. tractatum; p. 597.
^{oo)} de testamento principi; aus

factam eamdemque mox vtrumque; mox alterutrum esse probandum. Prior quaesito in medium proferri potest, siue sit custoditum illud in scriniis principis vsque ad testatoris obitum; siue ab illo testatori restitutum; posterior vero in primis locum habere solet, si in manibus defuncti fuerit testamentum, vbi diem suum obiret supremum, quum oblatio eius, si princeps hoc retinuerit, et in primis reconditum sit in scriniis publicis, ex ipsa custodia ordinarie adpareat: semper tamen incerta esse solet ac dubia, vbi deprehenditur inter res defuncti. Omnia haec alii iam litteratissimi homines ponderarunt hancque in rem tradiderunt, testamentum scriptum principi oblatum a homine litterarum ignaro consistere haud posse; nisi ei illud sit praelectum *p*); neque aliter testatori reddi posse; nisi testimonio oblationis a principe sit munitum atque ab illo ob-signatum *q*); verumtamen haec requiri haud audeo, quum prorsus hac de re lex nostra filet; neque iurisconsulti est, quidquam ei addere; vel de ea detrahere. Negare solum potest is, qui iure fruitur, testamentum illud impugnandi, preces, principi oblatas, voluntatem defuncti continere, si legendi scribendique artis prorsus existat expers; neque ipsi sit praelectum. Idem ipsi est permisum, vbi testator haud

K

com-

p) tradit hac GOTTFR. BARTHI- part. VI. resp. 9. et parte. II. dec.
vs, diff. de testamento comiti oblatu, 149. de iudicali tantum testamento
cap. IIII. §. 4. in eius diff. iurid. loquitur.
p. 289. Pronocat quidem simul ad *q*) SAM. STRYCKIVS, cautel. re-
BENED. CARPOZIVM; sed vtro- stam, cap. VII. §. 19. p. 307.
que in loco, quem citat, videlicet

comparuit; sed per procuratorem testamentum obtulit; neque minus in dubium vocare licet ipsam oblationem, principi factam eiusue *conscientiam*, vt verbo legis vtar, vbi deprehenditur testamentum post obitum haud in scriniis principis; sed testator id custodierit r): heredem vero scriptum omnibus his casibus onus probandi in se suscipere oportet. Plura media probandi exstare neque eum fugit, qui in iure plane fere est hospes ac peregrinus omnibusque etiam constat, tria potissimum eminere, *testes* videlicet, *documenta*, ac *iuris iurandi delationem*. Testibus heredem uti posse, ex verbis legis, a me antea recitatis, clare patet. Quum eorum ita mentio fit, vt, per eos probationem instituendam esse, tradatur atque solum requiritur, vt sint *idonei*: haud obscure nobis significant legum latores, testes hoc loco veritatis saltem causâ; minimevero ob sollemnitatem requiri, properea quod ille, in quem id, quod natura probrum est, obseruante *VLPIANO*s) haud cadit, est idoneus ideoque omnes ii, qui neque sunt testes inhabiles; neque suspecti *idonei* vocantur t). Excludunt itaque, licet testium solum meminerint, minime alia probandi media; sed tacite

r) siue reperiatur testamentum, principi oblatum in tabulario principis publico; siue inter eius res priuatas, praesumtio locum habet, oblationem ei rite factam esse, quae durat, donec ab altero probatum si contrarium. *GÖTTFR. BARTHVS*, diss. de *testamento comiti oblaro*, cap. vi. §. 3. p. 302.

s) L. 42. D. de V. S.

t) L. 6. 9. et 10. D. de *testibus* 1. Discedo itaque cum *GÖTTFR. BARTHIO*. loc. cit. iure meritoque a *HVG. DONELLO*, comm. ad L. 19. C. de *testamento*. qui nobiles solum ac consiliarios testis officio hoc in casu fungi posse, sibi persuadent.

tacite iis quoque uti permittunt hancque ob causam merito statuo, testimonia, a principe de facta oblatione testatori data; siue die *Recognitioneschein* ac subnotationes ab ipso testamento adiectas inter instrumenta locum tenere, quae produci possunt; iusurandum autem non minus super insinuatione facta deferendum esse censuit iurisconsultorum VITEBERGENSIVM ordo in responso, a SAM. STRYCKIO v) vulgato.

§. XIII.

EGO vero iam ad alteram huius capituli pergo partem atque exposita vera indole oblationis testamenti principi faciendae, ad effectus peruenio, quos ille procreat. Determinant illos imperatores uno fere verbo, quum aiunt: *omnium testamentorum solemnitatem superare videtur*, ac per id significant, testatorem, qui principi voluntatem suam ultimam obtulit, ritibus, alioquin in testamentificatione necessariis obseruandis, prorsus supersedere posse. Quod quum nemo negabit, qui in memoriam reuocat, quae sint priscis legislatoribus *solennia testamenti x)* ac *solemnia iuris in testamento y)* et quae sit *solemnitas ordinationis z)*, quam codicilli haud desiderent:

K 2

derent:

- v) de cautel. *testamentum cap. 7.* x) qua ratione intelligenda sint
p. 393.
x) L. 2. §. vlt. D. qui *testam. fac.* haec verba, exposuit PRAESSES, not.
L. 2. C. de *testam.* L. 21. §. 1. D. ad Hoppii commentar. in *instit.* tom. I.
qui *testam. fac.* p. 560. Caute ea plane omisit THEOS-
SHILVS, paraphras. in *instit.* libr.
y) L. 1. D. de iniusto rupto et II. tit. xxv. §. II, tom. I. p. 514.
irr. *test.* ed. REITZII.

derent: I) usque eo haud progredi licet, ut statuamus, etiam illi testamentum principi offerre licere, qui testamenti-factionem haud habet. Illud iam indicant legumlatores ver-bis vltimis, memoratu profecto dignis a): *si ei alia nocere non possunt, quibus regulam, quo institutus heres haud per-timescat, quum oblatas preces secundum voluntatem defuneti idoneis testibus possit adprobare restringunt; clarius autem idem declarant, quum ei solum, cui testandi facultas suppetit, priuilegium hoc testamentum offerendi, concedunt.* Ex quo quum merito inferimus, impuberes, furiosos et mente cap-tos, prodigos, summe ebrios offerre principi haud posse te-stamentum et si est ab ipsis oblatum, esse inualidum, propterea quod iis ex vnanimi iurisconsultorum consensu, testamen-tifaetio denegatur: non minus est II) expeditum atque ex-ploratum, oblationem principi factam haud impedire; quo minus testamentum eo nomine impugnari queat, quod adsit quidquam, quod voluntatem eiusue liberam declarationem impedit. Eius rei documentum capio iterum ex ipsis legis nostraræ verbis, quae euidenter ad voluntatem defuneti re-spiciunt atque, *oblatas preces secundum voluntatem defuneti esse, probari volunt.* Extra omnem itaque dubitationem po-situm est, dolum, errorem, vim pariter ac metum, huic te-stamentorum generi non minus; quam aliis obesse, propter ea quod

a) quaestione: num princeps, res institui queat, inprimis explicare cui offertur testamentum in illo he-studet BARTHIVS, loc. memor.

quod voluntatem impedit ideoque efficiunt, ut si caussam testamento dedit, valere nequeat; eamdem vero ob rationem III) forma interna eiusmodi testamenta ab aliis differre, statuere haud audeo ideoque ea, quae leges generatim in heredis institutione aequae ac exhereditatione obseruari volunt, etiam in testamentis, quae principibus offerri debent, obseruanda esse censeo. Romanis testamenta fuerunt haud incognita, in quibus etiam forma interna ultimarum alioquin voluntatum fuit remissa, videlicet militaria. Innumeræ leges hanc rem testatam faciunt; in nostra vero ne syllaba quidem occurrit, ex qua concludi posset, testatorem necessitate ea, quae in legibus de legitima, exhereditatione, heredum institutione eiusue forma sunt cauta, obseruandi, non esse adstrictum. Argumentari itaque merito debemus, testatorem etiam in his ultimis voluntatibus heredem instituere hocque eo modo, quo leges id fieri velint, peragere debere; THEODOSIVS autem ac VALENTINIANVS b) nos hac de re adhuc certiores reddit, vbi addunt: *ne tamen hoc testamenti genus plus iusto munifice credamus, si quis sibi vel inofficiosi querelam, vel præteriti competere duxerit actionem, hanc utramque secundum iuris et legum statuta seruamus, Albine parens Cariissime.* Tandem III.) nec effectum obligationis in ea ponere debemus, quod si semel illa sit peracta, nec testatori liceat recedere a suo testamento. Naturae ultimæ voluntatis id aperte

K 3

quum

b) nou. Valent. 1117.

quum repugnaret, merito id statuendum esset si quoque hac de re nihil in nostra lege esset cautum; verum enim uero legumlatores, ut supra iam monitum est, consultius esse duxerunt, claris id verbis declarare. Rationem, cur haud velint preces oblatas rescripto confirmare, reddunt idque ideo fieri tradunt c), ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium; praeterea autem addunt: quum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum comprobetur; nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegatur. Cum HONORIO prorsus conspirat VALENTINIANVS, ubi regulae, quod firmum sit eiusmodi testamentum, sequentem adiicit exceptionem: si tamen nullum defuncti posterius exstabit arbitrium d).

§. XIII.

HAEC sunt, quae oblatio testamenti principi facta haud efficit; verumtamen succedit illa omnino in locum omnium ac singularium sollemitatum, ita ut si quoque cessant, eo nomine testamentum impugnari nequeat; sed heres in illo scriptus, posses-

fio-

c) L. 19. C. de testament. quod quibusdam, obseruantे BARTHIO, nou. Valent. 4. Nobiscum loc. cir. in mentem venerit, consentiunt SAM. STRYCKIUS, contra clara legis verba hanc adopracauel. testam. cap. VII. §. 21. p. 308. ratione testam. Eadem ratione testam. GOTTFR. BARTHIVS, loc. cir. tori haud opus est, vt testamentum p. 304. Falluntur, qui distinguendū esse putant, utrum rescripto posteriori, quod prius principi ob. principis sit confirmatum testamen- latum, rumpat, eidem exhibeat. tum; nec ne et mirum est, quid sit, Sunt, qui idem putarunt, notante BARTHIO, loc. cir.

sionem hereditatis pariter ac ipsum ius hereditarium petere pos-
sit. Perspicimus quidem ex nouella Valentianii, testamen-
tum nonnunquam conditum esse coram septem testibus; ante-
quam illud principi exhiberetur, quum Leonius et vxor eius Iu-
cunda, illam ultimam voluntatem, quam principibus obtulerant,
septem testium subscriptionibus roborandam curassent: nemo
tamen arbitrari debet, illud necessarium fuisse. Quum HO-
NORIVS ac THEODOSIVS e), vt supra tradidi, solum obla-
tionem principi faciendam requirent illamque omnium
testamentorum superare adfirmarent: hoc facto, successori-
bus designatis, omnia tribuunt iura, quae scriptis compe-
tunt heredibus: super bonorum possessionis petitione contro-
uersiam prohibit heredibusque pro herede agere atque adi-
tione ipsa ius complere permittunt. (Evidentius adhuc lo-
quuntur THEODOSIVS ET VALENTINIANVS f). Testamen-
tum, hoc modo conditum, ita ratum firmumque permanere
tradunt, ut nihil robustius aestimetur. Nam quum liceat, per-
gunt quibusdam verbis interiectis, cunctis iure ciuili atque
praetorio liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis
iudicia suprema componere proculdubio manebit firmior hac vo-
luntas, quae testimonio principis et subscriptione conditoris
firmatur: tandem ei testamento, aeternam tribui firmitatem
legis huius definitione censem. Aequiparatur itaque tale te-
stamen-

f) L. 19. C. de testam.
g) nouell. Valentianii. IIII.

b) BARTHIVS, loc. laudar.)

stamentum, licet in illo sollemnitates prorsus cessent, alio cum testamento: hoc vero posito non potuit fieri; quin heredi in illo nuncupato tribuantur omnia illa remedia, quae aliis quoque heredibus tribui solent. Non est dubium, quin contra hereditatis possessorem instituere queat hereditatis petitionem testamentariam, quum lex heredi in testamento principi oblato, omnia tribuit, quae scriptis competunt heredibus *i)*: iis iungimus *remedia possessoria*: videlicet, *interdictum quorum bonorum atque remedium ex L. vlt. C. de ed. diu Hadriani tollendo*. Nisi omnia me fallant, coniicio iam id ex verbis legis Honori, quae omnem attentionem mereri vindentur: *Nequid, inquit, fane praetermissæ credamus, huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia quae scriptis heredibus competunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullam controverson nasci*. Denegatur heredibus ab intestato bonorum possessio contra eum, qui ex testamento principi oblato, possessionem nactus est, propterea quod rei ius ex illo statim liquidum fiat ac per id simul illi facultas est data, bonorum possessionem secundum tabulas impetrandi, si iam istam nondum adquisiuit *k)*; verumenim ve-

ro

i) L. 19. C. de testam.

tentias; verumenim uero nugae, quas

k) Antiquioribus iurisconsultis tradunt, haud dignae sunt refutatio ANGELO, FVLGOSO, ALEXANDRO, CORNEO, DONELLO atque ne prorsus conuenit interpretatio alii obscura haec verba sunt vifa. OTTON. TABORIS, de *testam.* prin. Euenit itaque, ut varias ac diuerias cipi; aut comiti oblato, cap. 1, §. 18. de vero illorum sensu proferrent sen-

tom.

ro iterum euidentius huius rei suppeditant testimonium THEODOSIVS et VALENTINIANVS *l*). Loquuntur de herede, in testamento illo, caesari exhibito, nuncupato, haecque proferunt: *cuius heres ex edito diuini Hadriani hereditaria corpora consequitur nec bonorum possessionis petendae sustinebit necessitatem, quam generaliter omnibus relaxamus.* Edictum, cuius hoc loco mentio fit, a HADRIANO et quidem, vt RENATVS BOTEREAU *m*) obseruat, anno post christum natum CXXXIV. conditum esse constat, vt fisci rationibus consuleretur. Respiciebat ibi solum ad vicesimas illas hereditatum, quae fisco deberentur, neve in solutione eorum mora committeretur, lege hac celeberrima cauebat, vt heres scriptus intra annum post aperturam testamenti, sine villa mora in possessionem mitteretur; neque exceptionis, falsum vel inofficium esse testamentum, ratio haberetur *n*). Remedium itaque, quod isto ex decreto oriebatur, vti recte animaduerit IAC. GOTHOFREDVS *o*), ita fuit comparatum, vt si illo vteretur heres scriptus, id, quod intenderet prius haud consequeretur; quam si bonorum possessionem] peteret secundum tabulas; neque necessitate adstringere-

L tur,

tom. I. tractatum, p. 579, nec sine ratione, hoc tetigerunt legumlatores, propterea quod septem tertium subscriptione munitus esse debebat testamentum, vbi bonorum possessionem tabulas locum habere debet, teste VLFIANO, fragmentor. tit. XXVII. §. 6. p. 133. ed. 10. p. 326.

CANNEGIETER.

D) nou. Valent. IV.

m) Hadriano legislatore, ann. XVI, in HOFMANNI histor. iuris, vol. II, part. II. p. 189.

n) L. vlt. C. de edito diuini Hadriani tollendo.

o) comm. cod. Theodos. vvm, IV.

tur, illam petendi. Omnia haec copiosius exponunt iac. GOTHOFREDVS *p*), PETR. BVRMANNVS *q*), HADR. BOTTEREAV *r*), ABR. WIELING *s*), GOTTFR. MASCOVIVS *t*) atque alii: nonne vero belle lucem accendunt legi nostrae ac docent, celebrissimum ibi remedium possessorum heredi, in testamentis principi oblatis scripto, tribui; quum possessio rerum hereditiarium promittitur ex *edicto diu Hadriani?* Sustulisse quidem se edictum Hadriani, adfirmat Iustinianus; sed reuera id non sustulit ac potius magis extendit, quum Hadrianus beneficium, quod heredi daret, vnius anni terminis circumscriberet; Iustinianus autem exceptionem longi temporis, quae ei obstaret, abrogaret ac post annum quoque missionem concederet *v*). Ex quo quum clare patet, inter remedium illud ex lege Iustiniani de *edicto diu Hadriani tollendo oriundum* atque illud, quod ipso ex *edicto deriuandum* est, eam existere cognationem ut qui hoc frueretur, ei illud non denegandum sit: neminem fore, spero, qui ea, qua de remediis possessoris heredibus nostris competentibus supra tradidi, in dubium vocabit.

CAPVT

*p) loc. memoras.**r) diff. ad l. vlt. C. de edicto diu Hadr.**q) de vectig. populi Romani, cap. Hadr. tollendo; Harderouici c1010**s) p. 171.**c1010.**r) loc. excusat.**v) L. vlt. C. de edict. diu Hadr.**s) lect. iuris ciuil. libr. 21. cap. 32. toll.*

CAPVT TERTIVM

DE

VSV TESTAMENTI PRINCIPI OBLATI
HODIERNO.

§. I.

EA, quae de testamentis, principi exhibendis proposuimus, adhuc valere, nemo negare potest; alia tamen existit facies reipublicae nostrae Germanicae; alia vero imperii Romani, cui praefuerunt HONORIVS ac THEODOSIVS ac per id euenit, vt soli quamquidem caesari testamenta offerrentur, nostra aetate non solum imperatori; sed aliis quoque facultas eiusmodi ultimas recipiendi voluntates tribuatur. Referimus inter eos, minime dicasteria imperii superiora ac collegia, quae iurisdictionem loco principum eorum in territorio administrant. Extra dubitationem quidem est positum, senatui imperii aulico^{x)} non minus; quam camerae^{y)} testamenta insinuari posse; nec necessariorum est, vt is, qui auspicis splendidissimi illius tribunalus imperii, quod Vindobonae floret, testari velit, coram illo ipse compareat; sed procurator quoque admittitur^{z)}.

L 2

Eadem

^{x)} VFFENBACH, de iudic. imp. in den Nebenstunden, Theil CXIX. p. aulico, cap. II. nr. 10. p. 137. SAM. 449. et 10. IAC. MOSER, in der STRYCK, de cautel. testamenti. cap. deutscchen Iustiz Verfassung, Th. I. libr. 7. §. 6. p. 28. ac 10. IAC. MOSE- 11. cap. 50. p. 1138.
RVS, in dem persoenlichen Staatsrechte, ^{y)} testie Conclus. senat. imp. aulici,
der deutscchen Reichstaende, tom. I. d. d. 22. Apr. 1755. apud MOSE-
libr. III. cap. 12. p. 328. RVM, loc. excit.

^{z)} 10. VLR. L. B. DE CRAMER,

Eadem ratione in territoriis statuum imperii regiminibus, cancellariis, curiis provincialibus ac consistoriis permisum est, testamenta recipere: verum enim uero haud adfirmare possumus, principi offerri testamentum, si eiusmodi collegiis illud insinuatur. Recipiunt potius ea ultimas voluntates ob iurisdictionem, qua fruuntur eamdemque ob causam illa ad testamenta iudici insinuata, referri debent, quae claris verbis opponuntur iis, quae principi sunt oblata. Bene hanc differentiam perspexit SAM. STRYCKIUS *a*); WOLFG. autem AD. LAVTERBACHIUS *b*) aequa ac GOTTFR. BARTHIUS *c*) reprehensionem merentur, quod utrumque testamentorum genus commisceant.

§. II.

Quam collegiis a me memoratis, testamenta, de quibus iam dispuo, insinuari nego: partim imperatori; partim statibus imperii illa exhiberi posse statuo. Oblatio, imperatori facienda, prius cogitari non potest; quam si testamentum eum in finem exhibetur, ut summis illius auspiciis condatur. Quod si itaque eo consilio traditur, ut solummodo illud iam conditum confirmetur, pro oblatione, de qua loquor, id non est reputandum. Iam id probe perspexit IO. IAC. MOSERVUS *d*); ei autem hac in re adsentire eo minus dubitamus, quem

con-

*a) loc. memor.**d) in dem persoenlichen Staatsrecht**b) coll. theor. pract. tom. II. p. der reuischen Reichstaende, tom. I,**794. libr. III. cap. 12. p. 328.**c) loc. excitas.*

confirmatio haec actus sit iustitiae hancque ob caussam inter negotia, senatui imperii aulico commissa e) refertur atque a cancellario imperii vicario solum expediri nequit; eamdem vero ob caussam post mortem testatoris peti potest ac caussae cognitionem supponit. Haec quum vera indoles sit confirmationis testamenti caesareae, peti potissimum solet, vt si quidquam in illo sit ordinatum, quod non valeat; nisi adsit consensus augusti, ille per eam impetratur f), ac eo maiore cura totum testamentum conservetur hancque ob caussam nec necesse est, vt authenticum testamenti instrumentum exhibeat; sed sufficit, libello copiam vidimatam illius esse adiecit g). Quum pleraque testamenta, quae caesari offeruntur, eum saltē in finem exhiberi solent, vt ab illo confirmen- tur: raro accidere solet, vt, testaturus ad caesarem se conuer- tat, eique voluntatem suam offerat; praeter eum autem non minus omnibus imperii statibus, ius, testamenta sine omni sol- lemnitate recipiendi, vindicamus. Existimat quidem ERN. COTHMANNVS h) non nisi eum, qui superiorem haud agnos- cat, facultate hac frui; sed ei recte repugnant GOTTFR. BAR- THIVS i), SAM. STRYCKIVS k), OTTO TABOR l) aliique. Horum in sententiam discedere eo minus dubito, quum supra monstra-

L 3

ui,

e) a camera imperii eiusmodi con-
firmationes testamentorum haud fie-
ri solere, animaduertunt STRYK,
de cauel testamentor. cap. 7. §. 7. p.
288. et MOSERVS, loc. cit.

f) MOSERVS, loc. mem.

g) Reichshofr. ordnung, tit. III.

§. xv.

h) vol. II. resp. 68.

i) loc. laud.

k) loc. memoras.

ui, rationem legis HONORII AC THEODOSII in legislatoria potestate imperantis esse quaerendam: illa statui imperii haud est deneganda, ideoque ad eos omnino memorata constitutio applicari potest. Haec quum vera est ratio, cur status imperii iure hoc fruantur: quilibet statim perspiciet, principis vxori *m)*; vel liberis, licet inter hos is, ad quem imperium iure hereditatis perueniat, deprehendatur; neque minus principibus, quos vocant, apanagiatis ius hoc merito denegari; inter ipsos imperantes vero haud interesse, vtrum hac; vel illa dignitate sint praediti ideoque comiti regenti eadem ratione *n)*; qua electori; vel alii principi testamentum hoc offerri posse. Recte itaque etiam iudicat SAM. STRYCKIVS *o)*, inutili quæstionem esse, quae de vicariis *imperii* in medium proferri solet, quum illi semper iam tamquam principes ius, testamentum hoc recipiendi, habuerint; antequam imperii gubernacula loco imperatoris acceperint.

§. III.

QVVM cuique imperii statui testamentum offerre licet: nonnumquam testatores viam hanc elegerunt, meliusque sibi propsicere ac prouidere se haud posse crediderunt, si principi suo voluntates suas exhiberent eiusque tutelæ illas se commendarent; nihil tamen minus post mortem suam controuer-

fias

l) de testament. principi; aut com.
oblatu, cap. 8. tom. 1. tractatum, p.
597.

m) EARTHIVS, loc. lland.

n) IDEM, loc. memorat.
o) de caue, testam. cap. 7. §. II.
p. 293,

fias excitarunt, quae ductae sunt: per plures annos hisque vel illis iurisconsultorum collegiis occasionem suppeditarunt, quid ipsis de valore eiusmodi testamenti eiusque requisitis viseretur, declarandi. Factum illud est partim responsis; partim in sententiis, ab ipsis elaboratis. Quoniam lex, quae fundamentum est horum testamentorum, ut ex ante dictis liquet, varia ratione explicari solet pluresque de iis quaestiones in medium proferuntur, quae omnino sunt controversae: non potuit fere fieri; quin discordes quoque fuerint iurisconsulti ac mox pro eiusmodi testamentis, mox contra illa pronunciarint. Nonnunquam eadem fouent principia, quae ego adoptavi; aliquando tamen accidit, ut ea ipsis haud placerent; sed ab illis potius discederent.

§. III.

QVANTVM scio, iurisconsultus Rostochiensis, ERNEST. COTHMANNVS, primus fuit inter recentiores prudentes, cui quaestio de usu legis HONORII AC THEODOSII hodierno est propofita. Producera, mortuo viro quodam nobili, vidua eius litteras, sigillo principis electoris signatas, quae dotalium, quod ipsi constitutum diceretur, confirmarent et ad ilias prouocauerat, quum a priuignis suis possessionem dotalitii ob transactionem desuper factam impetraret. Quare rebatur itaque: an litterae illuſtrissimi quondam electoris eius effent roboris, ut de dotalitii contractu fidem plenam faciant

ciant et dotalitium non tantum auctoritate principali confirmatum; sed a marito defuncto constitutum esse, legitime ac sufficienter probent? Vsque eo extendere studebat vidua ea, quae de virtute oblationis, principi factae, cauta sunt in supra memorata lege, vt quaestionem hanc adfirmandam esse censeret: verum enim vero recte illam responso, pluribus rationibus corroborato, negavit ERNEST. COTHMANNVS p), quam legumlatores, vti copiosius est expositum, non; nisi illud testamentum firmum ac stabile esse velint, quod in voluntate testatoris nitatur eamdemque ob caussam heredi in illo scripto, vbi, id secundum voluntatem esse oblatum, negatur, hereditatem prius haud deferunt; quam si idoneis id testibus probauerit.

§. V.

Haud multo post THOM. MAVLIUS, qui memoriam suam per libellum de hereditatibus propagauit, ipse applicare voluit ea, quae de testamento principi oblato ibi tradidit eumque in finem ultimam voluntatem suam comiti cuidam obtulit. Impugnabant illam heredes eius ab intestato, idque eo nomine, quod haud summo imperanti; sed comiti saltem exhibuerit: nec de oblatione, num in cancellaria; vel pro tribunali; an in loco plano sit facta, constaret; immo haud liqueret, comitem testamentum aperuisse, legisse, subscripsisse ac iterum obsignasse.

Obsta-

p) *responf. iur. vol. II. resp. 68. p. 155.*

Obstat quoque putabant valori testamenti, quod repetierit testamentum testator ex scriptis, in quibus reconditum fuit atque eius in custodia fuerit, quam vitam cum morte commutaret; verum enim uero iurisconsulti ARGENTORATENSES responsu, a 10. OTT. TABORE q) iuris publici facto, valere hanc voluntatem, pronunciarunt: schließen demnach in Gottes Namen, sofern nichts weiters in facto de reservatione sigilli, oder sonst anders Maengel und defectus, iuxta not. ad l. 19. ibi si ei alia nocere non possunt, C. de testam. beybracht werden mögen, daß diese dispositio illustrissimo comiti oblata et pro genuina, per publicationem agnita, bey Kraeften zu erhalten sey. Nisi omnia me fallunt, species, quae eodem tempore proposita est jurisconsultis Tübingeribus, idem terigit testamentum MAVLII; ii vero eadem ratione, validum id esse declararunt qq) nostraque, quae dedimus, praecepta strenue defenderunt.

§. VI.

CIRCA idem tempus in Saxonia testator quidam praefecto Saxonico testamentum, literis mandatum, subscriptione munitum atque obsignatum tradidit, ut illud electori exhiberet hicque id ratum haberet; neque minus, quod intendit feliciter obtinuit. Ego quidem secundum principia supra

M

pro-

q) diff. de testamento principi aut esse, ex eo concludimus, quod libellus hic primum lucem adspicerit comiti oblato, cap. vls. in tom. I. tractatuum, p. 597. Nominare quidem Argentorati, ann. 1515 cxxxviii. TABOR omittit facultatem iuridicam, ideoque tempore, quo Argentorati quea responsum edidit; sed per eminentiam inclitam facultatem iuridicam esse, quae illud dedit, animaduertit; quam autem Argentoratensem 579.

qq) consil. Tübing. vol. III. p.

proposita, profecto nullo modo huic ultimae voluntati nocere statuisse, quod electori oblatio per procuratorem sit facta, quum in lege nostra, ipsum testatorem comparere debere haud sit sancitum; iurisconsulti vero LIPSIENSES responso, ann. CIOIOCL. dato atque ab BENED. CARPOZIO^r) in lucem emisso, in aliam discesserunt sententiam: Dennoch aber und dieweil auch ein testamentum coram principe aufgerichtet, anderer gestalt nicht bestaendig, als wenn es vom testatorem selbstem vnd in der Person uberreicht wird, so aber in gegenmaertigem Fall nicht geschehen; so ist demnach mehrbemeldtes T. L. Testament in seinen Formalien nicht bestaendig, sondern es verblebet seine Erbschafft dessen Erben ab intestato bilich.

§. VII.

ALIAM sententiam inierunt autores responsi, a SAM. STRYCKIO^s) vulgati; neque minus iurisconsulti VITEMBERGENSES^t) de testamento, quod minister quidam principi suo obtulerat. Tradiderat quidem illud principi; sed in fasciculo clauso, in quo id aliis scriptis tam publicis; quam priuatissimum erat. Neque declarauerat, fasciculum hunc ultimam quoque continere voluntatem; sed significabat potius principi, eum ideo, quod breui vitam cum morte sit commutaturus, principi tradi; res autem potissimum ibi reperiri, quae fidei ipsius essent commissiae, et iis tantum adiecta esse quaedam priuata, quae ipsum tangerent, quaeue commendata vellet principi: daß, weil er seines Alters halben vielleicht diese Welt

^r) decision, part. III. decisi. 293. 296.
p. 646.

^t) apud IO. HENR. DE BERGER,
^s) cauzel. testamentor. cap. 7. p. consil. part. I. conf. CCLVII. p. 254.

Welt bald werde verlassen müssen, Er dieses paquet, darinnen etliche von Sr. Furfl. Durchl. ihm vormals anvertraute Sachen befindlich, denen er einige priuata, so ihm Sempronio angingen, beygefuget, zuruckgegeben vnd deroselben de meliori, recommendiret haben wolle. Moritur testator in praesentia principis, qui post lapsum duarum horarum fasciculum aperit atque in eo testamentum deprehendit hocque in tabulario cancellariae reponendum curat; supra vero memorati iuris consulti diuersis tamen ex rationibus recte inualidum esse censuerunt. Eas quidem, quas VITEMBERGENSES adferunt, nobis haud placere, quilibet perspiciet, quum eo quoque ex fundamento testamentum improbant, quod non sit oblatum in praesentia consiliariorum; neque eius in scriniis reconditum: libens tamen illis aequae ac auctoribus responsi a STRYCKIO editi, largior, voluntatem hanc ultimam haud subsistere potuisse, quod reuera princeps, quum illud ipsi sit traditum sibi testamentum offerri, ignoraret; neque eius ad scientiam peruenierit.

§. VIII.

Eadem ratiōne iurisconsulti IENENSES, testamentum, quod Caecilia, aulae praefecta, Comiti offerre voluit; sed antequam illud fecit, diem supremum obiit atque illud obsignum et in scrinio priuato reconditum, reliquit, non subsistere, declararunt responso, quod iuris publici fecit NIC. CHRIST. L. B. DE LYNCKER^{v)}; alio vero, cuius editionem debemus CHRIST. WILDVOGEL^{x)}, a nostra deflectunt sententia atque

M 2

^{v)} resolut. discipr. forens. cent. I. ^{x)} consil. CXXXXVII, p. 291.
ref. 20. p. 24.

que illud testamentum, quod duo consiliarii; vel secretarii a cancellaria deputati, recipiunt atque huius in tabulario reponendum curant, speciem testamenti esse, principi oblati confirmant.

§. VIII.

QVEMADMODVM hoc responsum principia fouet a nostris prorsus aliena: ita idem factum est in consilio, a iurisconsultis VITEMBERGENSIBVS ann. CICICXCII. dato, quo testamentum a iudeo principi Dessauensi dato eo nomine, quod clam ipsi sit exhibitum, reiiciendum censuerunt teste IO. HENR. BERGERO y); nuperime vero in lite Megapolitana, cuius supra meminimus, iurisconsulti HELMSTADIENSES, GIENSES AC IENENSES in eo conuenerunt, quod testamentum, a nobili de R. duci Megapolitano oblatum, licet ei redditum eiusque in custodia vsque ad ipsius obitum restiterit, validum sit; neque hoc nomine impugnandum. Tandem merito mentionem fecimus responsi, quod Lutetiam Parisiorum misit illustris iurisconsultorum ordo Ienensis mense Jun. ann. CICICCLXIII. Antequam Titius, cohortalis christianissimi regis cum Maevia, vidua comitis cuiusdam et proceris Polonorum regis Augusti I. secundum ritum ecclesiae Romanorum catholicae celebravit nuptias, desponsati, Varsoviae d. xxii. maii ann. CICCCXXIV. conuentionem inierunt, quo sponsus eum in casum, si prior decederet ab intestato; neque liberos relinquaret, sponsam heredem instituit, legitimisque heredibus ipsi à latere iunctis centum libras legavit; sponsa autem non minus sponsum suis in bonis heredem certa ac

2) oeon. iuris, libr. II, libr. II, tit. IIII, §. 2, nov. 1.

ta ac determinata ratione nominauit. Sequentia quidem adiecta sunt pacto huic verba: *partes ambo mutuo omnia contrahens iustus puncta et articulos inviolabiliter sequi et obseruare spondent eumdemque contractum ad ipsius maiorem tuitionem in actis publicis auctoritate vigentibus regionibus registrare et connectere se se adstringunt; tantum tamen abest, vt insinuationem hanc peragant; vt regi solum pactum offerre satis habent.* Rex sequentia verba: *Hunc contractum adprobamus Augustus Rex pacto subscriptit.* Neque minus duo ministrorum, qui ipsi sunt a latere, vna cum paciscentibus tabulas subsignant; coniugibus vero in Galliam reuersis, apud notarium publicum regium d. x. mart. ann. CIOCCCLIII, inter acta deponuntur et secundum formam, mandatis regulis praescriptam insinuantur. Confirmat quoque maritus ea, quae vxori promiserat, in testamento eoque minus dubitabat post obitum Titii vidua hereditatis possessionem apprehendere; verum tamen item ei inferebant heredes mariti ac praesertim repetebant bona illa hereditaria, quae in prouincia buius non scripti, siue pays du droit coutumier essent sita. Quum de illis testamentis factio haud est licita: remedio ante omnia possessorio vi studebant contra viduam. Eo ipsi a senatu parisino denegato, hereditatis petitionem instituere intendebant; comitissa vero prius; quam item contestaretur, diagnos censuit iurisconsultos lenenses, quos consulteret. Quatuor ipsi proponebat quaestiones, quumque earum in prima quod regem Poloniae, quum in Polonia degeret, duas curias, alteram Polonicam, alteram Germanicam habuisse, seque huic subiectam fuisse sciret, ideoque illam ita formaret: *an supra memo.*

memoratum instrumentum secundum illius formam, ante de scriptam, validum atque authenticum sit, de iure ac moribus Polonicis aequi iure ac moribus Saxonibus, adfirmandam illam esse duxerunt sequenti modo: quoniam tamen, 1) iure civili sancitum est, ut in negotiis, principis in praesentia gestis solemnitates alioquin in iis maioris certitudinis causa p rae scriptae cesserent atque eas princeps superet,

L. 19. C. de testament. SAM. STRYCK, de cautel. testamen tor. cap. 7. §. 13. 10. OTTO TABOR, diss. de testamento principi; vel comiti oblati, vol. 1. tractat. p. 585. BERGER oeconom. iuris libr. 11. tit. IV. §. 2. p. 257. LAVTERBACH, colleg. theor. practic. libr. XXVIII. tit. 1. §. 46.

ius vero civile in Polonia in subsidium receptum esse testatur, NIC. ZALSZOWSKY, iur. regni Polonici, libr. 1. tit. 11. §. 17. atque idem speciatim legibus Polonicis tam de pactis doctribus; quam de ultimis voluntatibus cautum est, siquidem Io. Albertus, rex Poloniarum, ann. CIOCCCCXCVI. obseruante

IO. HERBVRTO DE FVLSTIN, statutis regni Polonici, voc das, p. 134.

pacta doctria non; nisi vel coram rege condita; vel in libris; seu actis sunt inscripta, valere iussit, Sigismundus vero ann. CIOIOXXXXIII. testamenta coram rege confici posse, ut idem

FVLSTIN, loc. mem. p. 463. monet, statuit; tractatus autem ille, 3) quem Titius Mevio celebrauit, non solum regis in praesentia est initus; sed ab illo etiam ac duobus eius ministris subscriptus ideoque secundum iura Polonica, licet auctoritas iudicis haud accesserit, rite est confessus; neque vero 4) aliud dicendum est de iure Saxonico, quum Germani atque in his etiam Saxones merito distinguunt, utrum pactorum; an testamentorum potius virtutem habeant instrumenta, a coniugibus mutua de successione confessa et quamvis de iis, qua testamentorum natura sunt praedita extra omnem dubitationem sit positum, ea haud aliter valeat; quam si vel quinque testium praesentia sunt condita, vel iudicis auctoritate

ritate munita, illud tamen ad pacta, quae contractus sunt, extendi nequit; sed ubi duo, vel tres testes eorum confessioni interfuerint, sufficit; neque id saltem ex ipsis verbis constitutio-
nis Saxonicae, quae reperitur part. II. const. elect. 43, colligen-
dum est, ubi legitur: quum pacta dotalia contractus sint, duos,
vel tres testes illis adhiberi sufficit; sed idem quoque celebrari
mi iurisconsultorum,

CARPZOV, part. II. const. 43. def. I. LEYSER, spec. 308.
med. I. ac BOEHMER, de success. hereditar. coniug. ex pactis
dotal. cap. 2. §. 6. p. 40.

confirmant ac licet etiam de talibus pactis dotalibus nonnullis
in Saxonice statutis cautum sit, ut semper iudiciali auctoritate
munita esse debeant; ea omnia tamen illa ad pacta solum respi-
cient, quae a rusticis; vel hominibus vilioris generis sunt inita;
neque generale ius conficiunt; tractatus autem iste 5) qui a Titio
cum Macio est celebratus, sine omni dubio illa ad pacta dotalia
est referendus, quae naturam contractus habent ac simplicia
vocantur, si quidem id ex eiusque quod, ipsis pacientibus tractatui
buic contractus nomen imposuerint atque illius puncta sancte re-
ligiose feruatuos se esse, sibi invium promiserunt; neque 6)
aliquid colligi potest ex eo, quod non solum successionis hereditatis
in iis mentio est facta, verum etiam uterque alterum heredi-
tatem scripti ac summi quondam ab ipsa heredibus legitimis
soluendum reliquit, dum nostra aetate sententia, pactis trans-
ferri haud posse hereditatem, dudum est explosa eamdemque ob-
rem recentiores iurisconsulti statuant, iis ex verbis, quae alio-
quin ultimarum voluntatum sunt propria, non statim conclu-
dendum esse, pacta dotalia, in quibus illa occurrunt, pacta esse
mixta,

BOEHMER, loc. cit. AYRER, comm. de pactor. successorior.
inter coniuges stabilitate, legibus stabil. §. 7. p. 12. IVL.
FRID. DE KEPPENBRINCK, med. ad statut. Pragense part.

II. p. 184.
ac quium res ita sese habeant, secundum normam legum Saxonica-

nicarum iudicis auctoritate opus haud fuit; contrahentes vero
7) eam ad petendam necessitate haud adstricti fuerunt, per ver-
ba pactis inserta, quibus pacientes contractum ad ipsius ma-
iorem tuitionem in actis publicis auctoritate vigentibus regi-
strare esse adtrinxerunt, ubi consideramus, pacientes illud
minime eum in finem sibi proposuisse, vt per talen insinua-
tionem; seu connotationem consensum mutuum declaravent; sed
per id maius saltem robur huic conuentioni addere voluerunt
hancque in rem eam, dum per se persisterit, tuto negligere
potuissent; ubi vero 8) id quoque haud est existimandum, vti ta-
men certe statuendum sit, defectus ille etiam iure Saxonico par-
tim per subscriptionem atque adprobacionem regis; vel princi-
pis, qui etiam apud Saxones omnes sine dubio supplet sollemni-
tates, partim per oblationem pactorum dotalium, Lutetiae nota-
rio regio factam, sine dubio est suppletus, quum pacientes pro-
positum, insinuationem instrumenti Varfouiae peragendi, sponte
mutare potuerunt atque illius in locum aliam insinuationem
substituere; neque 9) pacientes eam statim perfectis tabulis
addere obligati sunt, dum eiusmodi pacta dotalia, in quibus
succesio coniugum mutua introducitur, tam ante matrimo-
nium; quam durante illo confici possunt ideoque etiam pactis
nuptialibus ante nuptias initis, iis celebratis robur addi potuit,
quod ipsis adhuc defuit: statuimus, quod instrumentum illud dotele
inter Titium ac Maevium conditum, secundum formam rela-
tam validum atque authenticum sit de iuribus Polonicis aeque
ac Saxonici.



GENE.

GENEROSISSIMO AC DOCTISSIMO

CAR. ANTON. LUDOVICVS A WVRMB

S. D. P.
P R A E S E S.

Q^{VVM} omni tempore, quod nostra in academia maxima
cum laude consumisti, testem me ac spectatorem esse
voluisti egregiae r^AAE cupiditatis, in iure proficiendi ac pro-
gressionum, in illo iam factarum, libenti perfecto animo co-
mitem me Tibi praebeo; in confictu illo solemnⁱ, quo crastina
luce virium Tuarum facies periculum doctissimisque cum ad-
uersariis disputabis de modo testandi, qui rarus quidem est;
nec saepius vsu venit; eo maiorem tamen meretur attentio-
nem. Praeuideo gloriam, quam ista ex pugna es reportatu-
rus ac praesentio animo plausus, quibus Te omnes Tui amici
sunt prosequuturi; ego vero iam illorum in numerum me ad-
grego atque ex animo opto, vt omnia, quae suscipis, animi
ex sententia Tibi succedant: saluus atque incolumis fruaris in
aula splendidissima, in quam pergis, gratia optimorum princi-
pam, qui fugientium litterarum verisunt statores ac ciuib
iuis de coelo sunt missi, auspiciisque praestantissimorum du-
cum atque antesignanorum, perillustrium KETELHODIORVM
quorum memoriam nulla apud nos vñquam obliuio delebit,
percipias fructus vberrimos Tuis ex curis, studiis ac vigiliis,
quibus nostro in musarum domicilio deditus fuisti iurispru-
dentiae. Ienae, d. xxviii. Febr. CIOCCCLXXVII.

N.

VIRO


VIRO
GENEROSSISSIMO AVCTORI
PRAESTANTISSIMO
AMICO SVO SVAVISSIMO

S. P. D.

A. E. H. DE WOLFFERSDORFF,
SAXO ELECTORALIS, OPPONENS.

An TIBI, an mihi hodie gratuler, me nescire libentissime fateor,
 TIBI omnino gratulandum est, cum tamen virtus TVA TE supra
 omnem ponat laudem, mea laude plane non indiges. Inter magnam
 vero felicitatis meae partem referendum quoque esse autumo, quod
 mihi opponentis spartam demandare volueris, et doctrinae TVAE testis
 existere possum locupletissimus. Explabo vices mihi demandatas ac,
 finito conflectu, gratulabor. In posterum vero, vt me TVA amicitia
 dignum iudicare velis, oro rogoque. Dabam Ienac, die 1. Martii,

CIOIOCCCLXXVII.

AVCTO-

AVCTORI ATQVE RESPONDENTI
DIGNISSIMO,

AMICO SVO SVAVISSIMO


S. D. P.

HENR. EHRH. AB EICHELBERG

EQ. ALTIENEVRGIC. OPP.

Sic tu, cui blandae tribuerunt dona Camoenae,
 Quem iuuenem Charites vsque fouere sinu,
 Sancta grauis Themidis penetras ad templa facerdos,
 Ara vbi thure tibi fumat odora pio,
 Porrigit imbuto vittas Astraca sacratis
 Mysteriis; laeta tunc ea voce refert:
 Hic tua sublimi succrescit vertice laurus
 Et placidas cingent ferta decora comas,

MON.



MONSIEUR,

La preuve, que Vous allez donner aujourd'hui de la solidité de Votre Savoir, est à honorable, qu'elle Vous attirera avec raison beaucoup d'admirateurs. Mais quoiqu'il n'y ait pas long tems que je puise me vanter de l'honneur d'être de Vos amis; j'ose pourtant Vous assurer, que de tous les complimentens, qu'on Vous fera sur la solemnité de ce jour, il n'y en aura pas un plus sincère que le mien. Je ne m'étais pas à present sur Vos louanges. Tout le monde fait, combien il est glorieux, de joindre à une illustre naissance vne exacte connoissance une exacte connoissance des Lettres. — Soyez cependant persuadé, que je fais faire tout le cas imaginable de la bonté, que Vous me témoignez en me choisissant pour un de Vos Opposants. Conservez moi, je Vous en conjure, les sentiments d'amitié, que Vous avez bien voulu concevoir pour moi, et dont je tâcherai toujours de me rendre digne. C'est de tout mon cœur et avec tout l'attachement possible, que j'ai l'honneur de me dire,

MONSIEUR,

à Iene
le 27. Fevrier
1777.

Votre très humble
et très- obéissant Serviteur
ALBERT GVILLAVME ERNEST CONTA
Etudiant en Droits. de Saalfeld.

Jena, Diss., 1775-77

ULB Halle
004 216 229

3





DISSERTATIO IVRIDICA
DE
**TESTAMENTO PRINCIPI
OBLATO**

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE GVESTPHALIAE REI

P R A E S I D E

CAROLO FRIDERICO WALCHIO

IVR. DOCT. COD. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.
DVC. GOTHAN. ET ALTENBVRG. CONSILIA. AVLICO
CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDI-
NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.
IENENS. EPHORO ET FLORENTINAE COLVMBARIAE DVISE.
AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

D. I. MART. CICIO CCLXXVII.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

S V B M I T T I T

A V C T O R

CAR. ANTONIVS LVDOVICVS A WVRMB

SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURGO RVDOLSTADIENS. E NOBI-
LIEVS AVLICIS ET SOC. LAT. IENENS. COLLEGA

LITTERIS STRAVSSIANIS.

LITTERIS STRAVSSIANIS.

